

CAPUT II.
De Confirmatione.

DUBIUM I.

Quid sit, et quae ejus Materia et Forma.

161. *Qua ratione Confirmatio est sacramentum.* — 162. *Quae sit materia remota hujus sacramenti. Et an sit materia necessaria oleum olivarum et balsamum.* — 163. *An sit necessaria benedictio chrismatis. Et an haec possit committi simplici sacerdoti. An sit obligatio uti chrismate novo.* — 164. *Quae materia proxima. Et an ultra chrismationem requiratur altera manuum impositio.* — 165. *An unctionis possit fieri alio digito quam pollice manus dexteræ.* — 166. *An, medio instrumento.* — 167. *De forma in Ecclesia latina.* — 168. *Quae mutationes circa formam invalident sacramentum. De forma Graecorum.* — 169. *De effectibus Confirmationis.*

Confirmatio, quid.
161. — « Resp. I^o. Confirmatio est unctionis chrismatis, sub praescripta forma verborum, in fronte baptizati, ab episcopo, « qua ex Christi institutione gratiae « augmentum et robur accipit ».

Ita ex Tridentino¹, ac decreto Eugenii IV in Instructione ad Armenos, atque ex aliis conciliis, apud Bellarminum. — Habetur autem in epistola 2^a *Dominus, Fabiani Papae*, hoc sacramentum institutum fuisse in nocte Coenae, qua Christus Dominus de ipso Apostolos edocuit². Vide Salmant.³; item Petrocorensem⁴ et Contin. Tournely⁵, qui id probant ex traditione.

162. — « Resp. II^o. MATERIA ejus remota « essentialis est chrisma, confectum ex « balsamo et oleo olivarum, benedictum ab « episcopo. — Ita communiter doctores.

« Unde resolues:

« Non sufficit solum balsamum, ut voleat Canus⁶; nec solum oleum, ut voluerunt Cajetanus, Sotus, Navarrus ».

¹ Sess. 7, de Sacram. i. g., can. 1. — *Bellar.*, de Sacram. Confirmat., cap. 4. — ² Tr. 3, de Confirm., cap. 1, num. 2 et 11. — *Cajetan.*, in 3 Part., qu. 72, art. 2. — *Sotus*, in 4, dist. 7, art. 2. — *Navar.*, Man., cap. 22, n. 8. — ³ Loc. cit., cap. 2, n. 3. — ⁴ Lib. 6, part. 1, n. 375. —

161. — ^{a)} *Fabianus papa, in sua epist. 2, sicut habetur ap. Labbe, tom. 1, col. 658, haec scribit: « In illa enim die [ultimae Coenae], Dominus Jesus, postquam coenavit cum discipulis suis et lavit eorum pedes..., chrisma confidere docuit. Ipsa enim lavatio pedum nostrum significat Baptismum, quando sancti chrismatis unctione perficitur atque confirmatur ».*

^{b)} *Scilicet Petrocorensis, de Sacram. Confirm., cap. 1, qu. 2, multis probat ex traditione Confirmationem esse verum sacramentum. — Pariter Contin. Tournely, de Sacr. Confirm., cap. 1, concl. 2, ex traditione pro-*

Certum est oleum esse de necessitate sacramenti, ex cap. unic. de sacra unctione, et ex decreti Eug. IV; ut Salmant.⁸ cum communi, et Croix⁹. — Et debet esse oleum olivarum; ut docet S. Thomas¹⁰. Per dictum oleum enim, quod natura sua pingue est et diffluens, significatur gratia Spiritus Sancti, quae a Christo capite in nos effunditur.

Balsamum autem certum est esse de necessitate praeecepti. — An autem sit etiam de necessitate sacramenti?

Prima sententia negat. Et hanc tenent Juenin¹¹, Contin. Tournely¹²; item Navarrus, Sotus, Valentia, etc., apud Salmant.⁸, et merito probabilem putat Croix cum Covarruvias¹³, Dicastillo¹⁴, Aversa¹⁵, etc. — Probant ex cap. *Pastoralis, de sacram. non iterand.* ubi Innocentius III, interrogatus de subdiacono ordinato sine impositione manuum, et de alio confirmato in solo oleo benedicto, sic respondit: *In ta-*

⁵ P. qu. 72, art. 2, ad 3. — ⁶ Institut., part. 8, dissert. 3, de Confirm., qu. 2, v. *Quaeres* 2. — ⁷ De Confirm., cap. 3, art. 2, concl. 2. — *Navar.*, Man., cap. 22, n. 8. — *Sotus*, in 4, dist. 7, art. 2. — *Valent.*, in 3^a Part., disp. 5, qu. 1, punct. 2. — ⁸ Tr. 3, cap. 2, n. 5. — *Croix*, lib. 6, part. 1, n. 375.

bat Confirmationis institutionem et ritum. De tempore vero, ait institutum fuisse hoc sacramentum post resurrectionem Domini.

162. — ^{a)} Aliqui auctores hanc utique sententiam tribuunt Melchiori Cano; nullus vero indicat locum ubi eam pronuntiavit, nec ego id usquam reperire potui.

^{b)} *Covarruvias, Variar. lib. 1, cap. 10, n. 4, hanc opinionem sibi placere ait; quam etiam simpliciter tenet Dicastillus, tr. 3, de Confirm., disp. unic., dub. 3, n. 29.*

^{c)} *Aversa, quidquid dicat Croix, tenet secundam sententiam, quam scilicet S. Alphon-*

Probabilis affir-
matur.

*libus non est aliquid iterandum, sed caute-
supplendum quod incaute fuerat praeter-
missum. Unde (ut dicunt) balsamum non
est de necessitate sacramenti; nam alias
totum sacramentum iterari debuisset.*

Secunda vero sententia, communior et probabilior, affirmat. Et hanc tenent D. Thomas¹⁶, Bellarminus¹⁷, Gonet¹⁸, Suarez¹⁹, Petrocorensis²⁰, Concina²¹, Holzmann²²; et Salmant.²³ cum Palao, Laymann, Bonacina. Et idem docet Catechismus Romanus²⁴, ubi dicitur: *Duae res corporeae permixtae (scilicet oleum et balsamum) Confirmationis materiam praebent.*

Probatur 1^o. ex decreto Eugenii IV approbato a concilio Florentino, ubi dictum fuit materiam Confirmationis esse *chrisma confectum ex oleo et balsamo*. — Opponunt contra hoc decretum Tournely et Habert, quod cum illud formatum fuit, concilium jam erat solutum; ab eo enim jam discesserant episcopi Graeci cum suo imperatore, finito negotio unionis suaec Ecclesiae cum Latina. Sed respondet Petrocorensis²⁵, non ideo desuisse concilium; cum Graeci consenserint in continuationem concilii, in qua fieri debebat altera unio Armenorum. Unde in hoc decreto Eugenius eumdem morem tenuit loquendi solitum in generalibus conciliis: *Sacro hoc approbante Floren-*

¹ Man., tr. 3, de Bapt. et Confirm., cap. 12, § 2. — ² Qu. 72, disp. 33, sect. 1, v. *Dico quarto*. — ³ De Confirm., cap. 2, qu. 4, v. *Respondet*. — ⁴ De Confirm., cap. 2, n. 14. — ⁵ De Confirm., n. 194. — ⁶ Tr. 3, cap. 2, n. 7. — *Palau*, tr. 20, punct. 2, n. 3. — *Laym.*, lib. 5, tr. 3, cap. 2, n. 1. — *Bonac.*, de Confirm., punct. 3, n. 2. — ⁷ Part. 2, cap. 3, de Sacram. Confirm., n. 7. — *Tournely*, Praelect. de locis theolog., de Concil., art. 2, § De concil. Florent.,

*sus communio rem et probabiliorem appellat: « De balsamo, ait Aversa, qu. 72, sect. 2, v. *Tertio*, inter theologos disputatur... Magis tamen consentaneum est dicere balsamum admixtum oleo esse vere de necessitate hujus sacramenti.*

^{d)} S. Thomas, loc. cit., art. 2, dicit chrisma esse materiam hujus sacramenti convenientem, tum ratione olei, tum ratione balsami. Et ad 2, haec scribit: « Convenienter hujus sacramenti materia est composita ».

^{e)} Bellarminus, de Confirm., cap. 8, prop. 2, utique scribit: « Materia Confirmationis non est oleum simplex, sed oleum mixtum balsamo ». Inferius tamen addit: « Quaestionem esse inter theologos, utrum balsamum requiratur in chri-

tino concilio; et in fine sic dictum fuit: Datum Florentiae, in publica sessione synodali solemniter in ecclesia majori celebata, anno Domini 1439. Praeterquam quod testatur Petrocorensis hoc decretum in omnibus catholicae religionis partibus receptum fuisse.

Probatur 2^o. Ex cap. *Cum venisset, unic.* de sacra unctione, ubi Innocentius III, postquam distinguit tria genera oleorum, nempe catechumenorum, infirmorum, et chrisma, quod (ut ait) ex oleo fit et balsamo, mystica ratione: per oleum enim nitor conscientiae designatur...; per balsamum odor famae exprimitur. Deinde in § *Per frontis, eod. cap.*, sacramentum Confirmationis vocat *chrismationem*, non propter aliud quidem, nisi propter chrisma quod ibi adhibetur. — Confirmatur id ex antiqua praxi Ecclesiae; nec verum esse dicit Bellarminus^{f)}, nullum Patrum ante D. Gregorium Magnum meminisse hujus balsami mixtionem. Nam D. Cyprianus^{g)} longius antea (ut refert Bellarminus) jam scripsit: *Hodie in Ecclesia... sacram chrisma conficitur, in quo mixtum oleo balsamum, regiae et sacerdotalis gloriae exprimit unitatem*. Item refert, S. Clementem mentionem fecisse fragrantiae odoris chrismati.

Ad textum autem praefatum in cap. *Pastoralis*, respondet cum Petrocorenssi et

qu. 4, resp. 2, v. *Circa mox*. — *Habert*, tr. de Confirm., cap. 3, § 2. — ⁸ De Confirm., cap. 3, qu. 2, v. *Dices*. — ⁹ Petrocor., de Confirm., cap. 3, qu. 2, v. *Certe in hoc*. — ¹⁰ Bellarminus, de Confirm., cap. 8, propos. 2. — *S. Clem.*, Constitut. apostol., lib. 7, cap. 44. Inter opera dubia S. Clementis, ap. Migne, Patrol. graeco-latina, tom. 1, col. 1045-1046. — *Petrocor.*, loc. cit., cap. 2, qu. 4, v. *Immerito*.

*smate necessitate sacramenti, aut solum necessitate praeecepti ». Et respondet, *veteres omnes* stare pro necessitate sacramenti; *recentiores* vero *quosdam*, pro necessitate tantum praeecepti divini.*

^{f)} Bellarminus id certe innuit, citando plures Patres D. Gregorio antiquiores.

^{g)} S. Cyprianus vel, ut ait Bellarminus, « quicumque est auctor » libri *de Cardinalibus operibus Christi*, inter opera S. Cypriani non genuina. Hoc opus est Eraldi (*al. Arnaldi*) Carnotensis, Bonaevallis abbatis (anno 1156); et habetur apud Migne, Patrol. lat., tom. 189, col. 1009 et seqq. Locus vero citatus reperitur in § 8, de *Uncione Chrismatis et aliis sacramentis*; Migne, loc. cit., col. 1153-1154,

Holzmann, quod Pontifex, dicendo *superplendum praetermissum*, non voluit quidem suppleri simplicem balsami, sed totam chrismatis unctionem; et ideo dixit non iterandam, quia (ut ait Glossa) *non dicitur iterari, quod prius factum non fuit*.

Certum est autem neutram sententiam esse de fide neque certam. Hinc omnino sacramentum conferendum est cum oleo et balsamo, et alias saltem dubium esset; ut recte dicunt Habert¹, Bellarminus² et Natalis Alexander³. Et ideo datum cum solo oleo, saltem sub conditione esset iterandum. — E converso, quia prima sententia sat est probabilis, recte dicit Croix⁴ cum Gobat, quod in articulo mortis bene poterit conferri Confirmatio sub conditione ex solo oleo, si nequeat haberi chrisma ex balsamo quoque confectum: magna enim utilitas hujus sacramenti justa esset causa illud sub conditione ministrandi, juxta dicta n. 28.

Sufficit autem balsamum cuiuscumque regionis; ut dicunt Gonet⁵, Palaus⁶; Croix⁷ cum Coninck; et Viva⁸ cum Bonacina et Gobat. Modo sit in ea quantitate ut det sui odorem, quamvis non misceatur cum singulis olei partibus.

163. — « 2º. Etiam benedictio episcopalis est de essentia; ut habet communis, contra Cajetanum⁹. — Ideoque nulla dele-

Holzmann, de Confirm., n. 195, v. Ad 4. — Glossa, in cap. *Pastoralis*, de sacr. non iterand., expos. casus. — ¹ Tr. de Confirm., cap. 3, § 3, v. *Et certe*. — ² De Confirm., cap. 1, art. 2, propos. 2, v. *An vero*. — ³ Lib. 6, part. 1, n. 376. — *Gobat*, tr. 2, n. 744. — ⁴ Man., tr. 3, cap. 12, § 2, v. *Nec refert*. — ⁵ Tr. 20, punct. 2, num. 3, v. f.; et n. 5, ad 4. — ⁶ Loc. cit., num. 377. — *Coninck*, qu. 72, num. 41 et 39. — ⁷ De Sacram. Confirm., qu. 3, art. 1, num. 1. —

¹⁰ Bellarminus, loc. cit., cap. 9, obj. 3, haec dumtaxat scribit: « Neutra opinio est de fide vel contra fidem ».

163. — ^a Cajetanus, in 3 Part., qu. 72, art. 3, « magis rationi consentaneum » putat non requiri de necessitate sacramenti, ut chrisma ab episcopo benedicatur, sed subdit: « Nihil tamen definitive concludo ».

^b Paludanus a Salmant., tr. 3, cap. 2, n. 15, allegatur, ut qui asserat Ecclesiam posse in hoc dispensare; et re quidem vera Paludanus, in 4, dist. 7, qu. 1, art. 2, concl. 2, (n. 15 et 16), affirmit chrismatis consecrationem requiri de necessitate sacramenti; subdens tamen, qu. 4, n. 34: « Forte ex dispensatione Papae, ex chri-

gatione sive episcopi sive Papae, simplex sacerdos potest conficere chrisma. Co- ninck⁸.

Quaeritur: *an chrisma debeat esse ab episcopo benedictum?* — Certum est apud omnes quod de necessitate praeepti chrisma omnino debet esse benedictum ab episcopo.

Sed dubitatur 1º. *An de necessitate sacramenti debeat benedici chrisma saltē a sacerdote?*

Negant Paludanus¹⁰ apud Salmant.¹¹, et alii apud Petrocoreensem¹². — At omnino id affirmandum cum aliis. Et probatur ex decreto Clementis VIII, apud nostrum Benedictum XIV¹³, ubi Clemens, loquens de oleo benedicto adhibendo in Extrema Unctione, decrevit Extremam unctionem ministratam cum oleo benedicto a sacerdote sine concessione Papae invalidam esse. Haec verba decreti: *Sacram Extremam Unctionem latinis collatam a sacerdotibus graecis, oleo ab ipsismet benedicto, esse validam*¹⁴.

Dubitatur 2º. *An chrisma necessario debeat esse benedictum ab episcopo?*

Prima sententia communior affirmat; et hanc tenent D. Thomas¹⁵, Petrocorensis¹⁶, Concina¹⁷ et Salmant.¹⁸. — Idque putant probari ex conciliis Nicaeno I¹⁹, Romano II, et ex can. 119, dist. 4, de consecrat., ubi Innocentius I sic dicit: *Pre-*

Bonac., de Confirm., punct. 3, num. 1 et 6. — *Gobat*, loc. cit., num. 745. — ⁸ Loc. cit., num. 42. — ⁹ De Confirm., cap. 2, qu. 5. — *Clem. VIII*, Instruct. super Rituibus Italo-Graecorum, § 3 (de die 31 Aug. 1595). — ¹⁰ De Synodo, lib. 8, cap. 1, num. 4. — ¹¹ 3 P., qu. 72, art. 3. — ¹² Loc. cit., cap. 2, qu. 5. — ¹³ Tract. 3, cap. 2, num. 18. — *Concil. Roman. II*, act. 1, cap. 5; ap. Labbe, tom. 1, col. 1584.

smate non consecrato... possent sani confimari».

c) Verba decreti haec sunt: « Non sunt cogendi presbyteri Graeci Olea sancta, praeter chrisma, ab episcopis latinis dioecesani accipere, cum hujusmodi olea ab eis in ipsa oleorum et sacramentorum exhibitione, ex veteri rito conficiant seu benedicantur ».

d) Concina, de Confirm., cap. 2, n. 16, secundam sententiam tenet.

e) Concilium Nicaenum I, Canon. arab., cap. 69, loquitur de recipiendo poenitente, qui propter libidinem a fide defecrat, et statuit: « Transacto autem anno, debet sacerdos benedicere aquam et oleum, non sicut benedi-

Chrima de necessitate praeepti ab episcopo benedictum.

De necessitate sacramenti, saltem a sacerdote benedicendum.

Ab episcopo omnino benedicendum juxta alios.

Chrima vetus, validum, sed illicitum.

In praxi, ab episcopo omnino benedicendum.

sbyteris (seu extra episcopum, seu praesente episcopo baptizant) chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum; non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt Spiritum Paracletum. Idem praescribitur in decreto Eugenii IV, ubi dicitur materia confirmationis esse *chrisma ab episcopo benedictum*.

Secunda vero sententia, quam tenent Tournely¹; et Cajetanus, Valentia, Barbosa et Victoria, apud Salmant.²; item card. Gotti, Juenin³ et Drouin⁴, apud Concina⁵, id negat; et merito (speculative loquendo) hanc sententiam probabilem⁶ putant Suarez⁷, Croix⁸. — Ratio, quia sicut Papa potest facultatem concedere simplici sacerdoti confirmandi (prout videbimus in *Dub. seq.*, n. 170); sic etiam poterit benedictionem chrismatis ei committere. Nec ullum ex allatis documentis satis evincit quod chrisma non solum de necessitate praeepti, sed etiam sacramenti, debeat necessario esse ab episcopo benedictum.

Dixi: *speculative loquendo*; nam in praxi, cum res sit valde dubia, prima sententia ut tutior omnino est tenenda.

« 3º. Perinde est ad substantiam sacramenti, sive chrisma sit novum sive vetus; licet graviter peccet qui utitur « alio quam novo, id est illo anno consecrato. In quem finem quotannis in die Coenae consecratur, veteri combustu ». — [Idem communiter Salmant⁶; ex can. Si quis, de consecr., dist. 4, ¹⁰].

¹ Praelect. de Confirm., qu. 1, art. 3, v. Quaeres 6. — Cajetan., in 3 Part., qu. 72, art. 3. — Valent., in 3rd Part., disp. 5, qu. 1, punct. 2, v. Detinde dico. — Barbosa, de Off. et Potest. episc., alleg. 31, num. 14. — Victor., Sum., num. 43. — ² Tr. 3, cap. 2, n. 16. — Gotti, Theol., tom. 3, tr. 6, qu. 1, dub. 3, n. 10 et 12. — ³ De Confirm., cap. 2, num. 16. — ⁴ Disp. 33, sect. 2, v. Tertia sententia. — ⁵ Lib. 6, part. 1, n. 378. — ⁶ Loc. cit., n. 21.

citur in Baptismo, nec ut benedicitur chrisma, sed ut oleum infirmorum ». Labbe, tom. 2, col. 322.

f) Juenin, Institut., part. 8, dissert. 3, de Confirm., qu. 2, v. Quaeres 2; et Comment. de Sacram., dissert. 3, qu. 2, cap. 5, art. 2; Drouin, de Re sacramentaria, lib. 3, qu. 3, cap. 3, § 2, qu. 8, negant quamcumque benedictionem chrismatis esse de necessitate sacramenti.

g) Sicut etiam habent Valentia, Barbosa et Victoria.

164. — « Resp. IIIº. *Materia proxima* est unctio in fronte, per manum episcopi (unde etiam hoc sacramentum manus impositio dicitur a S. Luca, Act. viii) in formam crucis facta. — Quae omnia sunt de necessitate sacramenti; ut habet communis ».

Hic cadit agere de illa magna ac tam disceptata Quaestione, pro qua auctores plures libros integros ediderunt, nempe: *Quaenam sit MATERIA adaequata, et quae nam FORMA sacramenti Confirmationis?* — Hic ideo aliquanto diutius mihi immorari oportet. Olim de hac quaestione in antecedentibus editionibus hujus operis jam pertractavi¹, sed nuper volui eam rursus ad trutinam revocare; et fateor quod, cum per quindecim fere dies desudassem perlegendo canones et scriptores, nequam judicium ferre quid pro certo tenendum. Denique vis rationum quas in fine quaestionis adducam omnem a mente mea dubitationem sustulit; atque de mea sententia certum judicium efformavi.

Plures adsunt de hac re sententiae; sed tres principaliores sunt:

Prima sententia tenet materiam essentiale hujus sacramenti esse manuum impositionem illam, quae habetur in Pontificali Romano in principio ritus, ubi episcopus, antequam ad chrismatis unctionem accedit, extendit manus versus confirmandos, proferens orationem: *Omnipotens, sempiterne Deus, etc.* Unctionem autem quae postea ab episcopo adhibetur, dicit esse materiam accidentalem, non a Christo, sed ab Ecclesia institutam. — Ita sentiunt

Materia proxima.

Juxta ailios, materia essentialis, prima impositum.

Unctio, materia accidentalis.

¹ Salmant. dicunt id colligi ex citato canonice, qui revera loquitur tantum de Baptismo: « Si quis de alio chrismate quam de illo novo quod proprii episcopi largitione vel concessione accepit, baptizare [Id est, inquit Glossa, baptizatum ungere] tentaverit, pro temeritatis ausu ipse in se suae damnationis protulisse sententiam manifestatur ».

164. — ^a Scilicet in quinque prioribus editionibus; et dissipatio, qualem in praesenti legimus, primum inserta reperitur sextae editioni, anno 1767.

card. Aureolus^{b)}, Sirmondus¹⁾ cum Sainte-Beuve et aliis paucis. Ducuntur hi auctores ex illo textu in Act. viii, ubi S. Lucas enarrans missionem Petri et Joannis in Samariam, scribit: *Qui cum venissent, oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum Sanctum: nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum.* Hinc arguant, solam manuum impositionem pro materia adhibuisse Apostolos in hoc sacramento; et ideo nunc etiam hanc esse materiam essentialiem tuentur. — Haec autem opinio, quam improbabilis sit, infra videbimus.

Secunda sententia dicit, materiam essentiali componi tam ab impositione manuum quae fit in principio, quam in unctione quae deinde ab episcopo adhibetur. — Hanc tenent Merbesius^{c)}, Juenin^{d)}, Tournely^{e)} (qui saltem probabilem hanc sententiam censem), Habert^{f)}, Genettus^{g)}, Concina^{h)}, card. Gottiⁱ⁾, Duhamel^{j)} et Continuator Witasse^{k)} (qui tamen non aperte

^{a)} Antirrhetic. II, part. 1, cap. 4, 7 et 8. - *Sainte-Beuve*, de Confirm., disp. 3, artic. 1, propos. 1 et 2; et artic. 2, propos. 6. — ^{b)} Institut. de Confirm., qu. 2, concl. 1 et 2. — ^{c)} Praelect. theolog., de Confirm., qu. 1, art. 3, concl. — ^{d)} Theol., de Confirm., cap. 3, § 1, qu. 2, et § 2. — ^{e)} De Confirm., cap. 2. — ^{f)} De Confirm., qu. 1, dub. 2, § 2, n. 5; et § 3, n. 14. — ^{g)} De Sacr. Confirm., part. 1, qu. 2, art. 3, sect. 5 et sect. 6. — ^{h)} 3 P., qu. 72, art. 2. — ⁱ⁾ Breviloq., part. 6, cap. 8. — ^{j)} In 4, dist. 7, § 7. — ^{k)} De Sacram., cap. 113 et seqq. passim; et cap. 115, num. 5. — ^{l)} In 3 P.,

hanc sententiam tueretur). Auctores hi ajunt impositionem manuum probari ex Scriptura, *Act. viii*, ut supra; unctionem autem chrismatis probari ex SS. Patribus, quorum auctoritates infra referemus.

Tertia denique sententia, communis vel fere communis, quam tuemur et certissimam cum Bellarmino^{l)} existimamus, tenet, materiam adaequatam et totalem Confirmationis esse chrismatis unctionem, quae confirmandis per impositionem manus episcopi adhibetur. — Hanc docent D. Thomas^{m)}, ubi tradit quod *chrisma est conveniens materia hujus sacramenti*; alibi veroⁿ⁾ non negat, impositionem manus esse quoque materiam Confirmationis, sed impositionem illam quae unctionem comitat. S. Bonaventura^{o)}, Estius^{p)}, Thomas Waldensis^{q)}, Ysambert^{r)}, Cabassutius^{s)}, Bellarminus^{t)}, Hugo de S. Victore^{u)}, Petrus Aurelius^{v)}, S. Antoninus^{w)}, Suarez^{x)}, Silvius^{y)} (ubi ait esse de fide, quod materia sit solum^{z)} chrisma), Gregorius a Valentia^{aa)}, Joannes Laurentius Berti^{ab)}, Petrus Collet contin. Tournely^{ad)}, Salmant.^{ac)}, Coninck^{ag)}, Filliucci^{ah)}, Tan-

Juxta doctrinam, materiam adaequata, unicetio per impositionem manus.

qu. 72, disp. 1, art. 4, *Secundum argum.* — ^{l)} Notit. ecclesiast., ad can. 2 concilii Arausican., n. 4. — ^{m)} De Confirm., cap. 2, i. f.; cap. 9, v. *Dico tamen.* — ^{o)} De Sacram., lib. 2, part. 7, cap. 2. — ^{p)} Orthodox., part. 1, cap. 7, v. *Atque adeo.* — ^{q)} Part. 3, tit. 14, cap. 8, v. *Secundo.* — ^{r)} Disp. 33, sect. 4. — ^{s)} In 3 Part., qu. 72, artic. 2. — ^{t)} In 3 Part., disp. 5, qu. 1, punct. 1 et 2. — ^{u)} De theolog. Disciplin., lib. 32, cap. 4, propos. 1 et 2, et resp. ad 1. — ^{v)} Tr. 3, cap. 2, n. 22, 26 et 28. — ^{w)} Qu. 72, n. 50 et 54. — ^{x)} Tr. 3, cap. 1, n. 19.

^{b)} Aureolus, in 4, dist. 7, qu. 1, art. unic., dicit quidem materiam essentiali esse tactum, et chrisma esse tantum materiam integrantem. Sed per tactum quem dicit esse essentiali, videtur intelligere illum etiam, qui nunc in chrismatatione fit; dicit enim formam partiale correspondente signo tactus esse: *Signo te signo crucis.*

^{c)} Merbesius, de Confirm., qu. 6, opinionem hanc nonnisi dubitanter et obscure tueretur.

^{d)} Genettus, de Sacr. Confirm., cap. 2, qu. 1, scribit materiam proximam esse unctuonem, quam facit episcopus cum chrismate in modum crucis super frontem confirmandi, et impositionem manuum. Addit tamen se non improbare sententiam eorum, juxta quos « materia et forma essentiales... sunt impositio manuum episcopi et oratio quae additur huic manuum impositioni».

^{e)} Duhamel, Theol., lib. 2, de Confirm., dissert. 2, cap. 1, concl. 1 et 2, et cap. 2, pa-

riter dubitativo modo et cum haesitatione loquitur.

^{f)} Bellarminus, cap. 8, de sua propositione prima, quae sic sonat: « Chrisma sive unctio materia est sacramenti Confirmationis », scribit: « Haec certissima est catholicis ». Sed cap. 9, interpretationem quae vult idem esse unctionem chrismatis et manus impositionem, vocat longe probabiliorem.

^{g)} D. Thomas, lect. 1 in cap. 6 Epist. ad Hebreos, v. *Secundum*, scribit: « Secundum sacramentum intrantium est in ipsa manuum impositione. Ideo dicit *Impositionis quoque manuum...* Una in sacramento Ordinis... Alia est in sacramento Confirmationis ad renovationem ».

^{h)} Silvius, loc. cit., ait: « Materiam Confirmationis esse chrisma. Quae doctrina est fidei definitae ». Et pro materia proxima assignat chrismatationem tantum.

ⁱ⁾ Collet, de Confirm., cap. 3, art. 1, obj. 1,

ner¹⁾, Sotus²⁾, Silvester³⁾, Navarrus⁴⁾, Toleto⁵⁾, Roncaglia⁶⁾, Alensis⁷⁾, Scotus⁸⁾, Gonet⁹⁾, Laymann¹⁰⁾, Holzmann¹¹⁾, Antoine¹²⁾, Frassen¹³⁾, Petrocorensis¹⁴⁾, Lacroix¹⁵⁾, cum aliis plurimis. Item Gulielmus Parisiensis¹⁶⁾, Maldonatus¹⁷⁾ et Petrus de Marca¹⁸⁾, apud Continuatorem Witasse¹⁹⁾, qui asserit, hanc sententiam sequi omnes thomistas et scotistas. — Accedit Catechismus Romanus²⁰⁾, ubi docet chrisma confectum ex oleo et balsamo esse solam materiam hujus sacramenti. Et sedulo subdit: *Quod autem ea sit hujus sacramenti materia, cum sancta Ecclesia et concilia perpetuo docuerunt, tum a S. Dionysio et complurimis aliis gravissimis Patribus traditum est: in primisque a Fabiano Pontifice, qui (in epist. 2, ad episcopos orient., quae citatur can. Litteris vestris, de consecr., dist. 3) Apostolos chrismatis confectionem a Domino accepisse, nobisque reliquisse testatus est.*

Nulli dubium, ad materiam Confirmationis constituendam requiri impositionem manuum; ut ex Scriptura desumitur et ex Patribus, prout a Tertulliano²¹⁾, a S. Cypriano²²⁾, a S. Hieronymo²³⁾, a S. Augustino²⁴⁾ et aliis. Sed neque dubitandum quod unctio chrismatis, aeque ac impositione, a

¹⁾ Tom. 4, disp. 4, qu. 4, dub. 1, n. 27 et 29. — ²⁾ In 4, dist. 7, qu. unic., art. 2. — ³⁾ V. *Confirmatio*, num. 2. — ⁴⁾ Man., cap. 22, n. 8. — ⁵⁾ Lib. 2, cap. 24, n. 2. — ⁶⁾ Tr. 17, qu. 2, de Confirm., cap. 1, qu. 3. — ⁷⁾ Sum., part. 4, qu. 9, membr. 2, art. 1, § 2. — ⁸⁾ In 4, dist. 7, qu. 1, num. 2. — ⁹⁾ Man., tr. 3, de Bapt. et Confirm., cap. 12, § 2, v. *Tertia difficultas.* — ¹⁰⁾ Lib. 5, tr. 3, cap. 2, n. 4 et 5. — ¹¹⁾ De Confirm., num. 198. — ¹²⁾ De Confirm., n. 2. — ¹³⁾ Scotus academ., tom. 11, tr. 2, disp. 2, art. 1, qu. 2, et concl. 3. — ¹⁴⁾ De Confirm., cap. 2, qu. 3. — ¹⁵⁾ Lib. 6, part. 1, n. 380. — ¹⁶⁾ De Confirm., num. 7. — ¹⁷⁾ De Resurrectione carnis, cap. 8; Migne, Patrol. lat., tom. 2, col. 806. — ¹⁸⁾ Epist. 73, ad Jubaian., n. 9; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 3, col. 1115. —

resp. 2, satis dubitanter loquitur, nec plane sibi consentire videtur.

¹⁹⁾ Continuator Witasse, loc. cit., art. 3, in princ., tres istos auctores citat pro sententia quae tenet materiam Confirmationis consistere tum in impositione manuum tum in chrismatatione; et re quidem vera, si non expressis verbis id asserunt, at certe satis perspicue innuunt Gulielmus Parisiens., de Sacram. Confirm., i. f.; Maldonatus, disp. de Confirm., qu. 2; Petrus de Marca, ad canon. 28 concilii Claromont., v. *Evidem certum est.* — Et ibidem. Contin. Witasse dicit opinionem quae essentiali statuit in sola unctione chrismatis teneri a S. Thoma, Du-

Patribus pro materia designatur; ita S. Dionysius, S. Cyrilus Hierosolymitanus, Tertullianus, S. Ambrosius²⁵⁾, S. Cyprianus, S. Augustinus et alii, quorum auctoritates infra transcribemus. — Fatemur itaque ad materiam Confirmationis requiri tam unctionem quam impositionem, sed illam tantum impositionem quae ab unctione est indistincta. Idque Bellarminus¹⁹⁾ ex ipsis Patribus optime probat: *Cum enim (ait) Patres indifferenter dixerint gratiam Spiritus Sancti in hoc sacramento conferri nunc per unctionem, nunc per impositionem, et nunc per utrumque; infertur unctionem considerari semper cum impositione conjunctam. Pergit Bellarminus: Cum Patres tradunt solos episcopos per chrisma dedisse Spiritum Sanctum, id probant ex illo Actorum VIII, ubi legitur. Tunc imponebant manus, et accipiebant Spiritum Sanctum. Ita enim loquitur S. Dionysius²¹⁾: Consunmans unctio quae divini Spiritus illapsum elargitur. Tertullianus²²⁾: Caro ungitur, ut anima consecretur. S. Cyprianus²³⁾: Ungi quoque necesse est..., ut accepto chrismate... habere in se gratiam Christi possit. Ita etiam Innocentius I²⁴⁾, Damasus^{m)}, Leoⁿ⁾ et S. Augustinus²⁵⁾.*

²⁰⁾ Dialog. contra Luciferianos, num. 9; Migne, tom. 23, col. 164. — ²¹⁾ De Trinit., lib. 15, cap. 26, num. 46; Migne, tom. 42, col. 1093. — ²²⁾ S. Dionys. Areop., de Eccles. hierarch., cap. 4, § 11; Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 3, col. 483-484. — ²³⁾ S. Cyril., Cateches. 21, mystagog. 3, num. 3; ap. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 33, col. 1091-1092. — ²⁴⁾ Tertullian., loc. cit., et de Bapt., cap. 7; Migne, tom. 2, col. 806, et tom. 1, col. 1206. — ²⁵⁾ S. Cyprian., epist. 70 ad Januar. etc., episc. Numid.; Migne, tom. 8, col. 1040. — ²⁶⁾ S. August., loc. cit. — ²⁷⁾ Loc. cit. — ²⁸⁾ De Resurr. carnis, loc. cit. — ²⁹⁾ Epist. 70 ad Januar. etc. — ³⁰⁾ Epist. 25, Decentio, cap. 3, num. 6, ap. Migne, tom. 20, col. 555. — ³¹⁾ De Trinit., loc. cit., num. 46.

rando, Soto, Petro de Alliaco et communiter theologis.

²⁵⁾ S. Ambrosius, de Sacram., lib. 3, cap. 2: « Sequitur, inquit, spiritale signaculum..., quia post fontem superest ut perfectio fiat, quando ad invocationem sacerdotis Spiritus Sanctus infunditur ». Et, de Mysteriis, cap. 7, n. 42: « Unde repete, quia acceperisti signaculum spirituale ». Ap. Migne, Patrol. lat., tom. 16, col. 434 et col. 402.

²⁶⁾ Sequentia verba sensum quidem Bellarmini, de Confirm., cap. 9, v. Primo igitur, et v. Secundo idem, non vero textum ipsum exhibent.

²⁷⁾ Epistola 3, quae est inter apocryphas

Hinc arguit Bellarminus quod hujusmodi probatio Patrum nullam vim haberet, si impositio manuum non fuisse cum unctione conjuncta. Ergo Patres, docendo per chrisma sacramentum conferri, idque probando ex impositione manuum in *Actis* descripta, necessario intellexerunt Apostolos non aliter quam unctione manus imposuisse, divinumque Spiritum dedissemus.

Quod autem illa unica materia chris- matis, qua nunc utitur Ecclesia, sit eadem quam illa qua utebantur Apostoli, patet ex cap. unic. Innoc. III, de sacra unction., § Per frontis, ubi sic habetur: *Per frontis chrismationem manus impositio designatur: quae alio nomine dicitur Confirmationis; quia per eam Spiritus Sanctus ad augmentum datur et robur. Illud designatur, non accipendum tamquam adumbratur, vel figuratur, seu significatur; sed pro signatur, assignatur, adest, sive habetur. Hoc enim eruitur clare ex verbis immediate sequentibus: Unde cum caeteras unctiones simplex sacerdos vel presbyter valeat exhibere; hanc nonnisi summus sacerdos, id est episcopus debet conferre. Quia de solis Apostolis legitur (quorum vicarii sunt episcopi) quod per manus impositionem Spiritum Sanctum dabant; quemadmodum Actuum Apostolorum lectio manifestat: Cum audissent (inquit) Apostoli, qui erant Hierosolymis, quod receperisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Joannem. Qui cum venissent, oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum Sanctum: nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum: cuius adventus per unctionis ministerium designatur. — Certum est quod materiae sacramentorum, cum a Christo tantum sint institutae,*

Bellarmin., de Confirm., cap. 9, v. Secundo idem. —

¹ Loc. cit. cap. 9, v. Est tamen. — *Suar.*, disp. 33, sect. 4,

mutari non possunt: ait enim Bellarmenus¹ aduersus quosdam recentiores: *Apostolos autem mutasse materiam, nescio an ulla modo probari possit nisi recentiorum auctoritate.* Dicendo itaque Innocentius, quod ideo soli episcopi valent unctione, quia soli Apostoli manus imponerant; igitur impositio illa erat eadem per unctionem, quae nunc est unctio per impositionem. Sic apposite scribit Pater Suarez: *Sentit ergo (Pontifex) illam manus impositionem fuisse eamdem quae nunc est, quaeque nomine etiam chrismationis seu unctionis in fronte significatur..... quam esse sufficientem probat satis praesens Ecclesiae usus, etc. Solum hoc facere episcopos nunc confirmingo, quod Apostoli faciebant manus imponendo.*

Idque confirmatur ab alio canone ejusdem Innocentii III in cap. 4, *Quanto, de consuet.*, ubi Pontifex, ad consuetudinem reprobandam quorundam sacerdotum qui conferebant sacramenta solis episcopis reservata, dicit: *Ut est sacramentum Confirmationis, quod chrismando renatos soli debent episcopi per manus impositionem conferre. Nota chrismando per manus impositionem; ergo idem est manum imponere quam chrismare.* — Idemque habetur in epistola Michaelis Palaeologi missa ad Gregorium X, et relata in concilio Lugdunensi II. In ea epistola imperator professionem fidei emittebat, illaque a Gregorio bene accepta fuit: sic ibi dicebatur: *Aliud est sacramentum Confirmationis, quod per manus impositionem episcopi conferunt chrismando renatos.* — Idem confirmatur ab Innocentio IV², ubi: *Soli Apostoli, quorum vices gerunt episcopi, per manus impositionem, quam Confirmationis vel frontis chrismatio represeant, Spiritum Sanctum tribuisse leguntur.* Verbum representat idem est ac praesentem facere.

n. 4, v. *Tertio.* — *Mich. Palaeol.*, epist.; ap. Labbe, tom. 14, col. 509. — ² Epist. 10, cap. 4; ap. Labbe, tom. 14, col. 17.

S. Damasi, ap. Migne Patrol. lat., tom. 13, col. 431 et seqq., revera desumpta est quoad substantiam ex can. 7 concilii Hispanensis II, anno 619 celebrati (Cfr. Labbe, tom. 6, col. 1405). Et ibi sacerdotibus vetatur «chrismate baptizatorum frontes signare». — Idemque dicendum venit de epistola S. Leonis Magni, quae

88 inscriebatur in Maxima Bibliotheca veterum Patrum, tom. 7, fol. 1119; et quae ap. Migne, Patrol. lat., tom. 54, col. 1238, et tom. 55, col. 757 et seqq., inter supposititia S. Leonis opera amandatur. Haec epistola iisdem utitur verbis quibus utebatur epistola Damasi.

Probatur
ex auctori-
tate Euge-
nii IV.

Supersunt hic tria alia magni ponderis momenta, quorum unumquodque sufficit ad nostram sententiam tamquam certam probandam.

Primum est auctoritas Eugenii IV in decreto edito in concilio Florentino, ipso concilio approbante, ad instructionem Armenorum, ubi sic definitum fuit: *Secundum sacramentum est Confirmationis, cuius materia est chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiae, et balsamo, quod odorem significat bonae famae, per episcopum benedicto. Forma autem est: Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ordinarius minister est episcopus, et cum caeteras unctiones simplex sacerdos valeat exhibere, hanc nonnisi episcopus debet conferre, quia de solis Apostolis legitur, quorum vicem tenent episcopi, quod per manus impositionem Spiritum Sanctum dabant, quemadmodum Actuum Apostolorum lectio manifestat.*

Cum enim audissent (inquit) Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia receperisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Joannem. Qui cum venissent, oraverunt pro eis ut acciperent Spiritum Sanctum: nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum. *Loco autem illius manus impositionis, datur in Ecclesia Confirmationis.* Juxta hanc definitionem Eugenii et concilii, plures auctores dicunt esse de fide, quod sola unctio chrismatis sit materia Confirmationis. — Sed huic decreto tria objiciunt adversarii.

Opponunt 1º quod, cum Eugenius hoc decretum edidit, jam solutum erat concilium. — Sed respondeatur hoc non esse verum: licet enim Graeci discesserint a concilio, remanserunt tamen Patres latini; et ipsimet Graeci consensum ante discessum praebuere quod concilium persisteret. Praeterquam quod dicimus cum Patre Berti et communi, esse omnino certe tenendam ab omnibus sententiam

Berti, lib. 17, cap. 5. — *Spondan.*, Annal. eccles., ad an. 1439, n. 19. — *Pallavic.*, Histor. concil. Trid., lib. 6, cap. 11, n. 12. — *Menard.*, in libr. Sacrament. D. Gre-

gorii, nota 757, v. *Nec est quod.* — *Gamach.*, de Sacram. Ordinis, cap. 4, v. Secundo probatur. — *Berti*, lib. 32, cap. 4, opp. 2, in resp. ad 6.

quod Pontifex in suis definitionibus circa fidem est per se infallibilis (ut probavimus in Dissertatione posita in *Tract. de Legib.*, cap. 1, dub. 2, in fine, ex n. 110). — Caeterum nequit dici concilium ex discessu Graecorum solutum fuisse; prout loquuntur adversarii, ex Spondano et cardinali Pallavicino. Nam Spondanus, anno 1439, expresse contrarium refert, dicens: *Non una cum Graecorum discessu dissipatam esse... synodus Florentinam, sed porro continuatam cum Patribus latinis;* nec vero hoc solum anno, verum etiam tribus sequentibus. Et idem testatur Pallavicinus.

Opponunt 2º quod Eugenius, assignando unctionem pro materia, non assignavit illam pro materia essentiali, sed tantum pro accidentalis: prout egit assignando porrectionem instrumentorum (nulla facta mentione impositionis manuum) pro materia Ordinis, in quo probabilius est auctorum sententia, impositionem manuum esse materiam essentialiem, et instrumentorum porrectionem esse tantum accidentalis, vel integralem, vel ad summum partiale. — Alii respondent cum Menardo, quod ideo Pontifex, loquens de sacramento Ordinis, non fecit mentionem impositionis manuum, quia illa jam erat in usu apud Armenos, quibus peculiarem Ecclesiae Romanae ritum tradere volebat.

— Alii respondent, ut Gamachaeus, quod impositio jam constabat ex Scriptura, et ideo omissum fuit de ea mentionem fieri.

— Alii respondent Eugenium fecisse mentionem tantum de instrumentis, quia pro caeteris se remisit ad Pontificale, dicens: *Prout in Pontificali Romano late continetur.* — Sed melius respondet Pater Berti quod Eugenius in Ordine designavit instrumenta tantum ut symbola munerum ab initiandis exercendorum; in Confirmatione vero designat chrisma ut symbolum gratiae quae per sacramentum confertur: gratia autem non confertur nisi totalis materia essentialis applicetur.

Subdo aliud responsum quod mihi fortius videtur. — De sacramento Ordinis Eugenius loquens, nullum ibi verbum fa-

cit de impositione manuum; unde videtur illam tacuisse, sed non exclusisse. — Loquens vero de sacramento Confirmationis, expressam facit mentionem tam de chrismate, quam de impositione quae ab Apostolis in hoc sacramento adhibebatur. Idcirco, si Pontifex putasset impositionem esse materiam ab unctione distinctam, omnino debuisse non tantum unctionem, sed etiam impositionem designare pro materia, et utriusque materiae formas describere: alias non recta, quia non integra, sed mutilata esset ejus doctrina; ac proinde, cum Eugenius reticuerit impositionem distinctam ab unctione, omnino dicendum quod eam excluderit.

Opponunt 3º. quod Eugenius in decreto dixit: *Loco illius manus impositionis dari in Ecclesia Confirmationem*. Ergo, juxta sensum Eugenii, impositione quam Apostoli adhibebant nunc mutata est in Confirmationem, nempe (ut addunt) in chrismatationem. — Sed bene respondet [Contin.] Tournely¹, afferens verba Bellarmini, qui² sic ait: (Pontificem) non velle dicere *chrisma esse loco impositionis manuum, quasi Apostoli non usi fuerint chrismate, et nos non utamur impositione manus*. Sed velle dicere id ipsum quod Apostoli faciebant cum dicebantur imponere manus, facere nunc episcopos, cum dicuntur confirmare vel chrismare: distinguunt enim in his locis, non ritus a ritu, sed modus loquendi a modo loquendi; hoc est nomen a nomine: quod enim dicebatur olim impositione manus, nunc dicitur Confirmation. — Idque aperte Innocentius III expressit, dicens³: *Per frontis chrismatationem manus impositio designatur, quae alio nomine dicitur Confirmation*. Idemque tradidit synodus Senonensis, anno 1528, proferens: *Tunc (Apostolorum tempore) impositionis manuum, nunc Confirmationis appellatum est sacramentum*.

Idem ante Bellarminum scripsit Hugo de S. Victore⁴: *Manus impositio, quae usitato nomine Confirmation vocatur, quachristianus unctione chrismati per impositionem manus in fronte signatur, solis*

¹ De Confirm., cap. 3, art. 1, obj. 4. — ² De Confirm., cap. 9, v. *Dico tamen*. — ³ Cap. *Cum venisset, § 7, Per frontis, unic. de sacra unct.* — *Synod. Senon.*, Decreta, cap. 10, § de Sacram. Confirm.; ap. Labbe, tom. 19, col. 1170.

episcopis... debetur...; sicut in primitiva Ecclesia Spiritum Sanctum per impositionem manuum dandi solo Apostoli potestatem habuisse leguntur. Idem scripsit Thomas Waldensis; qui amplius addidit non esse fidelem qui vellet credere quod Apostoli hoc sacramentum conferebant per manus impositionem sine unctione; en eius verba⁵: *Non recte ergo colligunt dicentes, in Confirmatione non fuisse oleum unctionis vel chrismati in primitiva Ecclesia, sed ad acceptationem Spiritus Sancti fuisse tantum manus impositas*. Deinde subdit: *Nemo igitur dicat qui vult esse fidelis, quod sacramentum Confirmationis fiebat sine unctione per solam manus impositionem a Christo et Apostolis; non enim minus manum imponit, qui ungendo imponit*. — Accedit Petrus Aurelius, in suo *Orthodoxo*, edito expensis cleri Gallicani. Ibi auctor, loquens de sensu SS. Patrum circa materiam Confirmationis, inquit: *Non enim (Patres) manus impositionem et chrismatationem in Confirmationis sacramento tantum conjunctas... esse voluerunt...; sed in unam singularemque actionem conclusas. Quare uon dicunt praeberti unctionem et manus impositionem, sed unctionem manus impositione*. Et citat Bedam aliquos Patres; deinde addit: *Atque hinc factum est, ut... decretum sit chrismatationem ab episcopo pollice faciendam; ut uno tempore et chrismate ungatur frons, et manus capiti apertius imponatur.... Atque haec jam consuetudo omnibus deinceps saeculis accepta, et perpetuo Ecclesiae usu ad nos perducta est, ut non tertiae illius aetatis; sed totius Ecclesiae sensus ac ritus dicendus sit, a quo ne primis quidem saeculis alienae fuisse videntur Orientis Ecclesiae*. Unde in fine ibi ait impositionem quae fit in principio, caeremoniam esse sacramento Confirmationis praeviam, qua neophyti praeparentur ad suscipiendam Spiritus Sancti gratiam. — Sed quid significat illa elevatio manuum? Respondet Pater Berti⁶ quod per illam caeremoniam episcopus se commonstrat oran-

⁴ De Sacram., lib. 2, part. 7, cap. 2; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 176, col. 459. — ⁵ De Sacram., cap. 118, n. 2, i. f.; et num. 4. — *Aurelius, Orthod.*, part. 1, cap. 7, v. *Atque adeo*, et v. *Ex quibus*. — ⁶ Lib. 32, cap. 6, propos. 1.

Probatur
ex tradi-
tione.

tem invocare Spiritum Sanctum super confirmandos.

Alterum momentum est illa celebris regula ab omnibus accepta S. Augustini¹, ubi dicitur: *Quod universa tenet Ecclesia, nec concilis institutum, sed semper retentum est, nonnisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur*. Id prius docuit S. Basilius², ubi dixit, omnino credenda esse dogmata et instituta quae in Ecclesia praedicantur, et quae non ex doctrina scripta prodita accepimus, sed ex Apostolorum traditione in mysterio, id est in occulto, tradita nobis fuerint. — Hinc bene arguit [Contin.] Tournely³, quod, cum ab ipsis primis saeculis unctio in Confirmationis sacramento usurpata sit, et deinceps semper retenta, licet Scriptura nullam de unctione mentionem fecisset, tenendum est ex traditione Apostolorum et consequenter ex institutione Christi, quod hoc sacramentum ab initio ipsis temporibus Apostolorum coepit conferri per impositionem manuum conjunctam cum chrismati unctione.

Quod autem semper unctio ab initio usque nunc adhibita fuerit in Ecclesia tam latina quam graeca, constat ex traditione Patrum. — De hoc primum non leve fundamentum habetur ex Apostolo in II. Cor. 1, 21 et 22, ubi dicitur: *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, et qui unxit nos Deus: qui et signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris*. Haec verba interpretantur de sacramento Confirmationis Joannes Chrysostomus⁴, Hilarius⁵ et Theodoretus⁶, in hunc locum, ac Ambrosius⁷. — Praeterea illud *Nolite*

¹ De Bapt., lib. 4, cap. 24, n. 31; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 48, col. 174. — ² Lib. de Spiritu Sancto, cap. 27, n. 66. Cfr. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 32, col. 187-188. — ³ De Confirm., cap. 3, art. 1, concl. 1, v. *Prob. 2 pars*. — ⁴ De Mysteriis, cap. 7, num. 42; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 16, col. 403. — ⁵ Cateches. 21, mystagog. 3, num. 3; ap. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 33, col. 1091-1092. — ⁶ Quæst. et resp. ad Orthodox. qu. 137, inter opera spuria S. Justini. Cfr. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 6,

contristare Spiritum Sanctum Dei in quo signati estis (Ephes. iv, 30), explicat de sacramento Confirmationis S. Augustinus⁸. Praeterea illud S. Joannis (I. Ep., ii, 27): *Unctionem quam accepistis ab eo maneat in vobis*, sic explicatur a S. Cyrillo Hierosolymitano⁹: *Sanctum hoc unguentum non amplius est unguentum nudum neque commune postquam jam consecratum est; sed est chrisma, quod Christi et Spiritus Sancti, id est divinitatis ejus praesentiam efficit, quo frons et alii sensus (loquitor de ritu graeco) corporis tui symbolice inunguntur; et corpus equidem perungitur, anima vero sancto vivificoque Spiritu sanctificatur*.

S. Justinus¹⁰ ait: *Deinde in sacro lavacro, quae dicta sunt symbolis peractis, post illa unguento consignamur*. — Theophilus, qui vixit anno 170, scripsit¹¹: *Certe nulla alia ex re christianorum nomen traximus, quam quod divino oleo perfundimur*. — S. Irenaeus¹²: *Tum autem eum qui initiatus est opobalsamo inungunt; hoc enim unguentum, fragrantiae illius quae omnia exsuperat, typum esse ajunt*. — Tertullianus¹³: *Exinde egressi de lavacro, perungimur benedicta unctione de pristina disciplina.... In nobis carnaliter currit unctio, sed spiritualiter proficit*. Nota de pristina disciplina¹⁴). — Cornelius Papa, apud Eusebium¹⁵: *Novatus jacens in lecto, [cum] pro necessitate perfusus sit..., nec reliqua in eo quae Baptismum subsequi solent solemniter adimplēta sint, nec signaculo chrismati consummatus sit; unde nec Spiritum Sanctum unquam potui prometri*. — S. Cyprianus¹⁶: *Ungi quoque necesse*

col. 1389-1390. — ⁷ Ad Autolycum, lib. 1, n. 12. Cfr. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 6, col. 1041-1042. — ⁸ Contra haeres., lib. 1, cap. 21, num. 3. Cfr. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 7, col. 663-664. — ⁹ De Baptismo, cap. 7; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 1, col. 1206 et 1207. — ¹⁰ Historia ecclesiastica, lib. 6, cap. 43; cfr. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 20, col. 623-624. — ¹¹ Epistola 70, ad Januar. etc.; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 4, col. 408; et tom. 3, col. 1040.

¹¹) Nec S. Joannes Chrysostomus, in II. ad Cor., homil. 3, n. 4; nec Theodoretus ita haec verba commentantur, ut illa aperte de hoc sacramento dicta fuisse doceant. — Ad S. Hilarium quod attinet, non potui reperire quod ei hic attribuitur.

¹²) S. Augustinus, de Trin., lib. 15, cap. 26,

loquitur utique de unctione quae adhibetur in hoc sacramento, sed ibi explicat textum Act. x, 38: « Jesum a Nazareth: quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto ». Migne, Patrol. lat., tom. 42, col. 1093.

¹³) Haec verba interpretanda sunt non de pristina disciplina christiana quae ad Confir-

est eum qui baptizatus sit, ut accepto chrismate, id est unctione, esse unctus Dei, et habere in se gratiam Christi possit. — Concilium Constantinopolitanum I, loquens de haereticis venientibus ad Ecclesiam catholicam, sic docet¹: *Dantes quidem libellos, et omnem haeresim anathematizantes quae non sentit ut sancta Dei catholica et apostolica Ecclesia; et signatos sive unctiones primum sancto chrismate et frumento, et oculos, et nares, et os, et aures, et eos signantes, dicimus signaculum doni Spiritus Sancti.* — S. Basilius²: *Consecramus aquam Baptismatis et oleum unctionis..., ex quibus scriptis? nonne a tacita secretaque traditione? Ipsam porro olei inunctionem quis sermo scripto proditus docuit?* — S. Ambrosius³: *Post haec (id est post Baptisma susceptum) utique ascendisti ad sacerdotem..., omnes enim in regnum Dei et in sacerdotium ungimur gratia spiritali.* — Innocentius I scripsit⁴: *Frontem ex... oleo signare... solis debetur episcopis, cum tradunt Spiritum Paracletum.* — S. Augustinus⁵: *Unctio spiritualis ipse Spiritus Sanctus est, cuius sacramentum est in unctione visibili.* Et alibi⁶: *Ungimur enim modo in sacramento, et sacramento ipso praefiguratur quiddam quod futuri sumus.* — S. Leo⁷ ait ad episcopos spectare, *chrismate baptizatorum frontes signare.* — S. Gregorius Magnus⁸ scribit: *Neophyti confirmari, dum episcopus tincto pollice in chrismate, facit crucem in fronte.*

Omitto autem alias innumerabiles scriptores, qui post saeculum V de unctione

¹ Can. 7, ap. Labbe, tom. 2, col. 1129. — ² Lib. de Spiritu S., cap. 27, n. 66. Cfr. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 32, col. 187-188. — ³ De Mysteriis, cap. 6, n. 29 et 30; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 16, col. 398. — ⁴ Epist. 25, Decentio, cap. 3, num. 6; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 20, col. 555. — ⁵ In epist. 1 Joan., tr. 3, num. 5; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 35, col. 2000. — ⁶ In Psalm. 26, enarr. 2, n. 2; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 36, col. 200. — ⁷ Epist. 88, ad universos Germaniae atque Galliae ecclesiarum epi-

chismatis loquuntur. — Nam Duhamel⁹ testatur quod ipse Sirmonodus fatetur, in primis tribus saeculis unctionem junctam fuisse cum impositione manus; et sic etiam usus receptum est post aetatem Innocentii I in posterum. Additque Duhamel, in hoc omnes¹⁰ cum Sirmondo consentire theologos.

Attenta igitur ex una parte regula laudata S. Augustini, quod omnia quae universa tenet Ecclesia, nec ab aliquo concilio instituta esse novimus, sed semper usu recepta in Ecclesia fuerunt, ex traditione Apostolorum derivasse credendum est; et posito ex alia parte, quod Ecclesia semper et ubique usum chrismatis servaverit, prout supra ostensum est: omnino tenere debemus hujusmodi usum descendisse ab Apostolis, a Christo edictis, utpote in re ad sacramenti materiam pertinente; nam etiam Apostoli, ut bene advertit Suarez¹¹, *habebant alligatam potestatem in sacramentis institutis a Christo.* Propterea omnino tenendum est, Apostolos in collatione hujus sacramenti chrismatis unctione usos fuisse; sicut jam olim expresse docuit Fabianus Papa¹², in epistola 2 ad Orientales, ubi loquens de chrismate deque obligatione illud quotannis renovandi, ait: *Ista a sanctis Apostolis et successoribus eorum accepimus, vobisque tenenda mandamus.*

Cum ergo legitur *Actor. VIII*, quod Apostoli dabant Spiritum Sanctum imponendo manus; et una tantum ibi, non duplex impositione nominatur; siquidem si ipsi sacramentum Confirmationis ministrabant, ea impositione erat ab unctione indistincta. —

scopos; habetur in Maxima Biblioth. veterum Patrum, tom. 7, fol. 1119. Haec epistola videtur apocrypha, cfr. ap. Migne, Patrol. lat., tom. 54, col. 1238; et tom. 55, col. 757 et seqq., dissert. 11 Quesnelli. — ⁶ De Sacram. Confirm., dissert. 2, cap. 2, num. 5 et 6. — ⁷ Sirmonodus, Antirrhetic. II, part. 1, cap. 4, et cap. 5, init. — ⁸ Epist. 2, ad episcopos oriental.; habetur in Collectione decretalium Isidori Mercatoris, ap. Migne, Patrol. lat., tom. 130, col. 155.

mationem referatur; sed de disciplina judaica, *qua ungi oleo de cornu in sacerdotium solebant*, ut ipse Tertullianus addit.

⁹ S. Gregorius Magnus, lib. *Sacramentorum*, n. 333 et 334, ita loquitur: « Pontifex vero veniens ad infantes..., levata manu sua super capita omnium, dicit: Omnipotens semperne

Deus... Et interrogantibus diaconibus nomina singulorum, Pontifex, tincto pollice in chrismate, facit crucem in fronte unius; similiter per omnes singillatim ».

¹⁰ Omnes pene, ait Duhamel.

¹¹ Scilicet Suarez negat, *disp. 33, sect. 4, n. 3, v. f.* Apostolos omissoe unctionem pro-

Nec refert quod in Scriptura expressa non facta fuerit mentio unctionis. Sicut enim in *Actis* non fit expressa mentio Baptismi conferendi in nomine trium divinarum Personarum, sed tantum in nomine Christi (*Baptisati sunt in nomine Domini Jesu*, Act. xix, 9), nec proinde arguitur Apostolos baptizasse in solo nomine Jesu; ita, quamvis in *Actis* non fiat expressa mentio unctionis, ex traditione tamen probatur Confirmationis collata fuisse per unctionem cum impositione conjuncta. *Multa alia* (scribit S. Hieronymus) *quae per traditionem in ecclesiis observantur, auctoritatem sibi scriptae legis usurpaverunt.* — Idque conforme est doctrinae S. Thomae¹³, sic docentis: *Non erat necessaria sensibilis materia sacramentalis ubi sensibilia signa miraculose exhibebantur divinitus. Utebantur tamen Apostoli communiter chrismate in exhibitione sacramenti, quando hujusmodi visibilia signa non exhibebantur. Dicit enim Dionysius¹⁴: Est quaedam perfectiva operatio quam duces nostri (id est Apostoli) chrismatis hostiam nominant.*

Atque ex his omnibus patet quam improbabilis sit opinio Sirmondi, qui dicit unctionem chrismatis esse tantum materiam accidentalem hujus sacramenti. Hanc opinionem Gregorius a Valentia censem errorneam; Sotus autem¹⁵, apud ipsum, putat haereticam; Pater Berti scribit quod ipsa saltem a temeritatis nota nequit excusari. — Consequenter falsa pariter est opinio Duhamel, qui ait probabile esse, quod unctio in Confirmatione sit tantum necessaria necessitate praeecepti, non autem sacramenti.

Tertium momentum, quo magis firmatur nostrae sententiae certitudo, habetur ex declaracione Benedicti XIV, in epistola encyclica quae incipit *Ex quo prium*, ad archiepiscopos et episcopos ritus

S. Heron., Dialog. adv. Luciferian., n. 8; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 23, col. 164. — ¹³ P., qu. 72, art. 2, ad 1. — ¹⁴ De Eccles. hierarch., cap. 4, in praef. Cfr. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 8, col. 471-472. — ¹⁵ Sirmonodus, dissert. 2, cap. 2, v. *Et quidem longe.*

pter suam dignitatem, « quia nihil de apostolica dignitate diminuit habere potestatem sacramentis a Christo institutis alligatum ».

graci, etc., data 1 Martii anno 1756. Ubi Pontifex in § 51, memorata controversia quae agitur in Ecclesia latina inter theologos, an impositione manuum et unctione chrismatis sint materia distincta vel indistincta hujus sacramenti, dicit: *Unicuique licet eam sequi partem quae magis ipsi placuerit.* His verbis significat contrarium primam sententiam prout tutiore utique posse teneri; sed etiam amplecti posse nostram sententiam ut tutam et moraliter certam: alioquin, cum agatur hic de materia sacramenti, docere nequisset quod liceat sequi partem quae unicuique placuerit.

Praeterea in fine praedicti § 51 addit: *Nemini fas est asserere in Ecclesia graeca non adesse sacramentum Confirmationis. Si quis enim hanc opinionem tueretur, huic manifeste obstaret vetus orientalis disciplina, quam Apostolica Sedes optime perspectam habuit, nec unquam damnavit aut improbavit, juxta quam in Graecorum ritualibus libris nulla fit mentio de manuum impositione, tamquam materia adaequata aut inadaequata sacramenti Confirmationis.* — Sed id quod magis urget, et omnino tutam nostram sententiam reddit, est illud quod mox deinde subdit Benedictus in seq. § 52; ubi, tradens quid tuto sentendum sit de materia et forma sacramenti Confirmationis in Ecclesia latina (prout ibi summarium breviat), sic docet: *Quod itaque extra controversiam est, hoc dicatur: nimur in Ecclesia latina Confirmationis sacramentum conferri, adhibito sacro chrismate, sive oleo olivarum, balsamo commixto et ab episcopo benedicto, ducto signo crucis per sacramenti ministerium in fronte suscipientis, dum idem minister formae verba pronuntiat. Ibi igitur extra controversiam esse docet valide sacramentum conferri cum sola chrismatis unctione adhibita per manum episcopi,*

Antirrhetic. II, part. 1, cap. 8. — *Gregor. a Valent.*, in 3^{ma} Part., disp. 5, qu. 1, punct. 2. — *Berti*, lib. 32, cap. 4, Append., i. f. — *Duhamel*, de Sacram. Confirm., dissert. 2, cap. 2, v. *Et quidem longe.*

¹³ Sotus clare significat esse haereticam, dum in 4, dist. 7, art. 2, dicit chrisma esse materiam hujus sacramenti; « idque in concilio Florentino definitum est ».

et unicam esse formam eam quae unctio
nem comitatur.

Qui autem huic declarationi dogma-
ticae Pontificis, in hac constitutione totam
Ecclesiam docentis in re quae ad fidem
pertinet, acquiescere nollet, aliud objicere
non posset, quam Pontificem, etiam ubi
Ecclesiam docet, non esse infallibilem. —
Sed huic ita loquenti Pater Suarez¹⁾ et
P. Bañez²⁾ responderent quod ejusmodi
oppositio nequit a temeritate excusari.
Immo Bellarminus scribit³⁾, eam *videri
omnino erroneam et haeresi proximam*.

Juxta autem nostram sententiam, quod
materia totalis adaequata Confirmationis
est unctio chrismatis, manu episcopi pe-
racta, advertendum est de essentia sacra-
menti esse: 1º. Ut unctio fiat *in fronte*;
prout habetur *ex cap. unic. de sacra un-*

ctione, et ex decreto Eugenii IV, juxta com-
munem sententiam quam tenent Suarez,
Coninck, Laymann et alii, cum Salmant.¹.
— 2º. Ut unctio fiat *in forma crucis*, juxta
S. Thomam², quem communiter etiam do-
ctores sequuntur apud Salmant.³. — 3º. Ut
unctio fiat *per manum ipsius episcopi
ministrantis*; prout docent Suarez, Castro-
palau, Lacroix et alii, cum Salmant.⁴.

Haec de *materia* hujus sacramenti; sed
observa dicenda de ejus *forma*, quae ad
confirmando hic dicta valde conferunt.

Suar., disp. 23, sect. 3, v. *Circa alteram*. — Coninck,
qu. 72, art. 3, n. 53. — Laym., lib. 5, tr. 3, cap. 2, i. f. —
1º Tr. 3, cap. 2, num. 24. — 2º 3 P., qu. 72, art. 4, corp. —
3º Loc. cit., num. 25. — Suar., loc. cit., v. *Non omittam*. —
Castropal., tr. 20, punct. 3, n. 4. — Croix, lib. 6, part. 1,
num. 380. — Loc. cit., num. 26. — Praepos., qu. 72, art. 3,
dub. 3, num. 26. — De Confirm., qu. 8, art. 1, num. 3. —
4º Lib. 5, tr. 3, cap. 2, num. 5, i. f. — 5º Tr. 20, punct. 3,
n. 4. — 6º Disp. 33, sect. 3, i. f. — 7º De Confirm., cap. 1,
qu. 6. — Coninck, qu. 72, art. 3, num. 55. — Gasp. Hurtad.,

165. — « Unde resolves:

« 1º. Etsi ex necessitate praeepti unctio
fieri debeat pollice manus dexteræ, va-
lida tamen esset, si fieret digito etiam
sinistram manus; quia vere fieret per im-
positionem manus episcopalis. Ita Prae-
positus et alii » [Cum Viva⁵, Laymann⁶,
Palao⁷, Suarez⁸; Renzi⁹ cum Coninck et
Hurtado] « contra Suarez^{a)}. — Peccabit
tamen episcopus graviter contra univer-
salis Ecclesiae morem. Vide Laymann¹⁰,
« et Escobar¹¹, ubi docet probabile esse^{b)},
« non peccare mortaliter ».

Communius cum Busenbaum sentiunt
Laymann^{c)}, Renzi¹² cum Coninck^{c)}; item
Suarez et Reginaldus, apud Escobar¹³, pec-
care graviter episcopum, qui alio digito
quam pollice dexteræ manus ungeret.
Tum quia ageret contra rubricam et usum
Ecclesiae in re gravi; tum quia ad hunc
effectum ungitur in consecratione episcopi
ejus pollex, ut ait Renzi. — Sed Escobar¹⁴
cum Trullench, Nuñez; et Diana¹⁵ cum
Dicastillo, Aversa; et Tamburinius¹⁶, di-
cunt esse probabile id non excedere cul-
pam veniale. Et revera non patet omis-
sionem praeditae caeremoniae pertingere
ad peccatum mortale. Unde dicunt quod
si episcopus praedictum pollicem infirmum
haberet, licite posset alio digito ungere.
Minime autem constat quod pollex episcopi

de Confirm., diff. 6, v. *Quarto*. — 1º Loc. cit. — 11 Tr. 7,
exam. 3, n. 19 (al. cap. 4, init.). — 12 De Confirm., cap. 1,
qu. 6. — Suar., disp. 33, sect. 3, i. f. — Regin., lib. 28,
num. 10. — 13 Lib. 12, de Confirm., num. 111. — Renzi, de
Confirm., cap. 1, qu. 6. — 14 Lib. 12, de Confirm., n. 112
et 113. — Trull., de Sacram., lib. 2, cap. unic., num. 7. —
Nuñez, in 3^{me} Part., qu. 72, artic. 4, diff. 3, concl. 4. —
15 Part. 8, tr. 4, resol. 22. — Dicast., tr. 8, de Confirm.,
dub. 12, n. 149. — Aversa, qu. 72, sect. 3, v. *At Fernandez*,
— 16 Lib. 3, de Confirm., cap. 1, § 2, n. 7.

generali concilio definiat, et de facto aliquando
accidisse».

165. — a) Suarez non recte a Busenbaum
allegatur; nam scribit disp. 33, sect. 3, i. f.:
« Quod haec unctio fiat pollice manus dexteræ
non videtur ita essentiale, quin, si contingenter
fieri alio digito, etiam manus sinistram, sacra-
mentum factum teneret ».

b) Quin etiam simpliciter negat esse mor-
tale.

c) Laymann et Coninck, locis cit., dicunt
necessarium esse necessitate praeepti, ut fiat
unctio pollice dextro. Et qui alio digito un-
geret, faceret, juxta Laym., « contra universalis
Ecclesiae consuetudinem ».

Adhibere
alium digi-
tum non tol-
lit valorem.

Esset mor-
tale juxta
alios.

Est dumta-
xat veniale.

Uti instru-
mento tolit
valorem.

Quantitas
chrismatis
sufficiens.

ad hunc finem ungitur; nam in Pontificali
habetur quod post unctiones pollicis et
indicis episcopi utriusque manus, deinde
ambae ejus manus totae unguntur: ut pa-
riter fit in unctione manuum initiandorum
ad presbyteratum.

166. — « 2º. Probabile est^{a)} requiri ad
valorem sacramenti ut unctio fiat ab
episcopo immediate, nullo instrumento
mediante. Ita Fillucci et Laymann,
contra quosdam; quia debet fieri per
impositionem manus. — Escobar¹ ».

Dicunt Henriquez^{b)}, Vivaldus^{b)}, etc.,
apud Croix^{b)}, posse fieri Confirmationem
penicillo, sive alio medio instrumento. —
Sed merito hanc opinionem rejiciunt Lay-
mann², Holzmann³, Croix⁴; et Viva⁵ cum
Suarez, Coninck et aliis communiter. Ratio,
quia tunc deficeret immediata impositio
manus ministri, quae omnino requiritur;
illa autem mediata impositio improprie
impositio dicitur. — Nec obstat dicere quod
Extrema Unctio valide ministratur medio
instrumento; ut dicemus n. 710. Nam bene
respondet Holzmann, quod ibi non requiri-
tur ad valorem sacramenti impositio
manus, sicut requiritur in Confirmatione.

Circa autem quantitatem chrismatis, ea
sufficit et requiritur quae satis sit ad un-
gendarum frontem confirmandi in figuram
crucis; ut Suarez⁶, et Salmant.⁷ cum Pa-
lao et Bonacina.

Filluci., tr. 3, cap. 1, n. 17. — Laym., lib. 5, tr. 3,
cap. 2, n. 5. — 1º Tr. 7, examen. 3, n. 19, (edit. Lugud.
s. d.; al. n. 20). — 2º Loc. cit., n. 5, v. f. — 3º De Confirm.,
n. 198. — 4º Lib. 6, part. 1, num. 380. — 5º De Confirm.,
qu. 3, art. 1, num. 4. — Suar., disp. 33, sect. 3, v. f. —
Coninck, qu. 72, art. 3, n. 54. — Holzmann, loc. cit., v. Di-
citur 2. — 6º Disp. 33, sect. 3, v. *Circa alteram*. — 7º Tr. 3,
cap. 2, num. 29. — Palao, tr. 20, punct. 3, n. 5. — Bonac.,

et non solum ut probabile, sic tenet.

b) Croix, lib. 6, part. 1, n. 380, parum fide-
liter refert Henriquez et Vivaldum. — Hen-
riquez enim potius videtur adhaerere senten-
tiae communi, quam S. Alphonsus amplectitur;
scribit enim, lib. 3, cap. 1, n. 3: « Haec unctio,
licet fiat in fronte, dicitur manus impositio,
quia manu et digito episcopi fit ». — Vivaldus
autem, de Confirm., n. 53, omnino silet de
hoc quaesito. Sed allegatio videtur esse men-
dosa, et Henriquez ac Vivaldum afferri pro
Fernandez de Heredia et Diana, quos allegat
Dicastillus, tr. 3, de Confirm., n. 151: Fer-
nandez quidem absolute, Diana vero inquan-

167. — « Resp. IVº. FORMA vera et ne-
cessaria in Ecclesia latina est: *Signo*
« (ut habet Tridentinum), vel *Consigno*
« (ut habet S. Thomas) *te signo crucis, et*
« *confirmo te chrismate salutis, in nomine*
« *Patris, etc.* In qua, utrum de essentia
sit ut utraque actio signandi et ungendi
expresse significetur, disputant schola-
stici^{a)}. — Laymann et Fillucci⁸, Co-
ninck⁹, Diana¹⁰ ».

Quatuor adsunt sententiae circa for-
mam Confirmationis:

Prima est eorum qui tenent solam im-
positionem manuum esse adaequatam ma-
teriam hujus sacramenti; ideo dicunt for-
mam esse solam orationem quae pree-
dit unctionem. — Sed haec sententia est
omnino falsa, prout probavimus supra
n. 164.

Secunda sententia est eorum qui tenent
tum impositionem manuum quae unctio-
nem preeedit, tum unctionem ipsam, esse
materias partiales; unde dicunt formam
coalescere ex dicta oratione preecedenti
et ex verbis unctionem comitantibus. Et
sic sentiunt Juenin^{b)}, Natalis Alexander,
Gotti et Tournely.

Tertia sententia singularis est Conti-
nuatoris Tournely, nempe Petri Collet¹¹;
ubi difficiliter percipi potest, qua firma
ratione hic alias doctus auctor pro unica
materia, quam ipse tuetur adesse in hoc

Forma
Confirma-
tionis.

Diversae
opiniones
de forma.

de Sacram., disp. 3, punct. 3, n. 6. — Trid., id est Cate-
chism. concil. Trid., de Confirm., num. 9. — S. Thom.,
3 P., qu. 72, art. 4. — Laym., lib. 5, tr. 8, cap. 2, n. 4. —
s. d. al. n. 20. — 2º Loc. cit., n. 5, v. f. — 3º De Confirm.,
n. 198. — 4º Lib. 6, part. 1, num. 380. — 5º De Confirm.,
qu. 3, art. 1, num. 4. — Suar., disp. 33, sect. 3, v. f. —
Coninck, qu. 72, art. 3, n. 54. — Holzmann, loc. cit., v. Di-
citur 2. — 6º Disp. 33, sect. 3, v. *Circa alteram*. — 7º Tr. 3,
cap. 2, num. 29. — Palao, tr. 20, punct. 3, n. 5. — Bonac.,

tum videtur probabilem judicare hanc sen-
tentiam, eo quod contrariam tantum appellat
probabilem et tuitorem, part. 3, tr. 4, re-
sol. 28; et ita revera habet Diana. — Fer-
nandez autem, de Confirm., part. 5, diff. 5,
dub. unic., n. 2, v. *Non autem sic*, negat
pertinere ad necessitatem sacramenti quod
unctio fiat pollice dextro vel sinistro vel alio
episcopi digito, « vel quovis alio instrumento
sive conjuncto sive separato ».

167. — a) Laymann dicit non satis de hoc
constare; Fillucci et Coninck dicunt esse
de essentia; Diana dicit verba *signo* et *con-
firmo*, non improbabiliter putari essentialia.

b) Juenin, quamvis, ut notat S. Alphonsus,

Sententia
auctoris:

sacramento, deinde velit eam duplice forma indigere.

Quarta est sententia nostra et communis, quam defendant omnes auctores citati supra, n. 164. Eisque se associat Pater Concina, qui, licet tenuerit¹ duplēcēm esse materiam hujus sacramenti, attamen² sentit unam esse formam. — Dicimus igitur quod, sicut totalis materia adaequata Confirmationis est unctio chrismatis adhibita per manum episcopi, sic totalis forma sunt verba quae episcopus ungendo profert: *Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, et Filiī, et Spiritus Sancti.* — Sic docuit S. Thomas³. Et sic definivit Eugenius IV cum concilio Florentino in decreto ad Armenos, dicens: *Forma autem est: Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, cum aliis verbis quae retulimus supra, citato n. 164; quibus, licet Pontifex mentionem faciat expresse de oratione Apostolorum (Act. viii), nullam tamen aliam docet esse formam quam hanc mox supra descriptam. Hinc infertur quod Eugenius non solum tacuit, sed omnino exclusit omnem aliam formam praeter hanc: aliter non recte, quia non integre, Ecclesiam docuisse. In hac autem forma, ut docet S. Thomas, adaequate omnia explicitant quae in hoc sacramento continentur, nempe *signum militiae Christi*, cui adscribuntur confirmati, per illa verba: *Signo te signo crucis; effectus sacramenti, id est gratia roborans, per illa verba: Confirmo te chrismate salutis; et causa gratiae, nempe SS. Trinitas, per illa verba: In nomine Patris, et Filiī, et Spiritus Sancti.* — Accedit auctoritas Catechismi Romani, qui, instruens de hoc sacramento⁴, dicit: *Hanc esse hujus sacramenti veram et absolutam formam.* Additque quod *Ecclesiae catholicae auctoritas... non patitur nos ea de re quidquam dubitare.* — Acce-*

dit et concilium Bituricense sub anno 1584, et anno sequenti approbatum⁵, ac demum a Sixto V probatum. Ibi dictum fuit: *In administratione hujus sacramenti servetur forma debita, et qua uti consuevit Ecclesia, videlicet: N. Consigno te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis.* — His momentis ductus, Pater Concina⁶ scribit, a nostra sententia, utpote communi, non esse recedendum, nempe formam adaequatam esse tantum verba quae unctionem comitantur.

Objiciunt adversarii illud Actor. VIII: *Objectio.*

Oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum Sanctum... Tunc imponerant manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum. Unde dicunt, si oratio erat forma quam Apostoli adhibebant, et nunc in unctione chrismatis nulla habetur oratio; ergo forma saltem partialis est oratio quae in principio dicitur ab episcopo dum manus elevat. — Respondet Bellarminus⁷, quod neque aliorum sacramentorum formae habent expressae in Scripturis; nusquam enim (ait) scriptum est, in Baptismo dicendum esse: *Ego te baptizo;* quapropter inquit quod verbum Dei traditum satis testatur mos universae Ecclesiae. Idem sentit S. Thomas⁸, dicens: *Multa enim servabant Apostoli in sacramentorum collatione, quae in Scripturis communiter propositi non sunt tradita.* Unde Dionysius⁹ dicit: *Consummativas invocations (id est verba quibus perficiuntur sacramenta) non est justum Scripturas interpretantibus, neque mysticum earum, aut in ipsis operatas ex Deo virtutes, ex occulto ad communem adducere; sed nostra sacra traditio sine pompa (id est occulte) eas edocet.* — Quapropter Pater Suarez¹⁰, Angelici Doctoris vestigia sequens, scribit, per verba illa: *Oraverunt ut acciperent Spiritum Sanctum, vel non significari formam, sed tantum praeambulam*

*Respon-
detur obje-
ctioni.*

¹ De Confirm., cap. 2, n. 2 et 5. — ² Cap. 3, n. 5. — ³ De Confirm., cap. 10, obj. 1. — ⁴ S. Thom., qu. 72, art. 4. — ⁵ De Sacram. Confirm., n. 12, i. f. — ⁶ Tit. 20, can. 3, ap. Labbe, tom. 21, col. 899. — ⁷ De

Confirm., cap. 3, n. 5. — ⁸ De Confirm., cap. 10, obj. 1. — ⁹ S. P., qu. 72, art. 4, ad 1. — ¹⁰ De Eccles. hierarch., cap. 7, § 10. Cfr. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 3, col. 565-566.

duplicem materiam assignet, negat tamen *Instit.*, de Confirm., qu. 3, concl. 3 et 4, verba quae unctionem comitantur esse formam essentiale, et contendit (concl. 1 et 2) formam essentiale esse orationem quam

pontifex fundit, dum manus versus confirmandos extendit.

^{c)} S. Thomas, 3 P., qu. 72, art. 4, ita docet, in quantum adducit hanc tantummodo formam.

^{d)} Suarez haec dicit, disp. 33, sect. 5, i. f.,

orationem quam praemittebant Apostoli, ut baptizati Spiritum Sanctum recipieren, prout etiam modo fit in Ecclesia: vel dicendum esse quod forma unctionis: *Signo te, etc., orationis nomine significatur, quia virtualem deprecationem continet, quatenus divinae virtuti et promissioni innititur.*

Nec censendum hoc gratis Suarium asseruisse: nam in Ordine Romano^e, citato ab Alcuino et Amalario, qui fuerunt ante annos 800, dicitur quod episcopus per modum orantis pronuntiat verba: *Signa eos, Domine, signo crucis.* Ac deinde dum ungit, dicit: *Ego te confirmo, in nomine Patris, etc.* — Unde ait Bellarminus¹ quod cum dicimus: *Signo te, etc., semper significamus Deum esse qui signat principaliter, et hominem qui signat ministerialiter.* Idque confirmat Bellarminus², scribens: *Formae sacramentorum passim a Patribus dicuntur preces mysticae, licet interdum proferantur per verbum indicantis: nam semper a Deo exspectatur et petitur principalis operatio.*

Tanto magis hoc dici valet, dum constat formam hujus sacramenti olim in unctione chrismatis fuisse expresse deprecatoriam; ut legitur apud S. Ambrosium³, ubi haec erat forma: *Deus Pater omnipotens, qui te regeneravit ex aqua et Spiritu Sancto, concessisse tibi peccata tua, ipse te ungit in vitum aeternam.* Addit Continuator Witassee⁴, ex Menardo et Morino, formam usque ad nonum saeculum fuisse deprecativam; unde subdit: *Nihil impedit quominus haec formula (Signo te, etc.), licet indicativa, invocatio et largitio sit Spiritus Sancti.* — Huic porro congruit id quod scripsit S. Leo⁵: *Qui Baptismum ab haereticis acceperunt..., sola*

^e Alcuinus, de divinis Offic., cap. 19, v. *De hac re*; inter opera supposititia Alcuini, ap. Migne, Patrol. lat., tom. 101, col. 1220. — Amalarius, de ecclesiast. Officiis, lib. 1, cap. 27, i. f.; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 105, col. 1053. — ¹ De

juxta opinionem (a qua tamen ipse, *sect. 4*, cum S. Thoma discedit) eorum qui putant Apostolos usos semper esse tum impositione manus, tum chrismatis unctione.

^{e)} Romani Ordines, X, n. 24, haec revera habent quoad substantiam. Cfr. Migne, Patrol. lat., tom. 78, col. 1017.

^{f)} Contin. Witassee, de Confirm., part. 1, qu. 3, art. 3, sect. 1, § 3, utique dicit septem

invocatione Spiritus Sancti per impositionem manuum confirmandi sunt. Observa, sola invocatione Spiritus Sancti, quae jam in hodierna forma habetur per illa verba: *In nomine Patris, et Filiī, et Spiritus Sancti.*

Caeterum, quidquid de priscis ritibus sit circa hujus sacramenti administrationem, in qua plures mutationes accidunt; dicimus, quod si certum est unam esse materiam totalem Confirmationis, nempe chrismationem per manum episcopi adhibendam (ut probavimus supra, n. 164), consequenter dicendum, non duplēcēm, sed unam esse formam.

Objiciunt contrarii: Sed in Confirmatione adsunt impositio manuum et unctio chrismatis; idcirco oratio quae praecedit chrismationem est forma respondens impositioni; verba autem quae postea profert episcopus chrismando est forma respondens unctioni. — Sed hic jacet nodus quaestio, quae inter nos et adver-

Objectio.

*Respon-
detur obje-
ctioni.*

Hoc est illud quod scripsit Bellarminus¹, ubi sapienter animadvertisit quod Sancti Patres, dicendo dari Spiritum Sanctum in uno loco per impositionem, in altero dari per unctionem, appetit intellectus quod utraque res, nempe unctionio et impositionis, eadem est, scilicet unctionio imponendo manum, sive impositionis manus ungendo. — Sic etiam scripsit Thomas Waldensis²: *Nemo dicat qui vult esse fidelis, quod sacramentum Confirmationis fiebat sine unctione.... Non enim minus manum imponit qui ungendo imponit.* — Idem expressius scripsit Petrus Aurelius: *Non enim manus impositionem et chrismationem (Patres)... tantum conjunctas... esse voluerunt..., sed in unam singularemque actionem conclusas; quare non dicunt praeberti unctionem et manus impositionem, sed unctionem manus impositione.*

— Et revera Innocentius III, in cap. unic. de sacra unct., id tradidit, dicendo: *Per frontis chrismationem, manus impositionem designatur, quae alio nomine dicitur Confirmation. Et alibi, in cap. Quanto, de consuet., scripsit: Ut est sacramentum Confirmationis, quod chrismando renatos soli debent episcopi per manus impositionem conferre. Dicendo igitur Pontifex chrismando per impositionem manus, patenter docet eamdem actionem esse chrismare et imponere manus, dum in ipsa chrismatione impositionis manus necessario continetur. Ipsi enim unctionio et signatio, ait Bellarminus³..., manus impositionis rectissime dicitur.... Unde (Marc. vii) cum postulassent quidam, ut Dominus manus imponeret lunatico, ille id fecit; nam dixit tetigit lingua et aures ejus. — Si autem materia proxima Confirmationis una est actio, nempe unctionio per manus impositionem, sive impositionis manus ungendo; ideo unicae actioni, seu unicae materiae, unica pertinet forma.*

¹ De Confirm., cap. 9, v. Primo igitur. — ² De Sacr., cap. 113, n. 4. — Petrus Aurel., Orthodox., part. 1, cap. 7,

Praeterea certum est, per plura saecula, a tempore S. Thomae usque ad aetatem recentiorum nostram sententiam oppugnantium, omnes scriptores unanimiter tenuisse quod hujus sacramenti unctionis chrismatis est unica materia, et unica forma sunt verba episcopi unctionem comitantia. — Atque hinc est quod episcopi communiter non satagunt, ut omnes confirmandi sint praesentes in principio ritus, cum minister elevans manus profert orationem; nec dubitant ipsi confirmare eos, qui postquam primus ille ritus jam est completus accedunt⁴.

His omnibus accedit declaratio supra allata Benedicti XIV, in constitutione *Ex quo primum*, ad episcopos Graecos, anni 1756, die 1 Martii; cuius verba hic expedit repetere: *Quod itaque extra controversiam est, hoc dicatur: Nimurum, in Ecclesia latina Confirmationis sacramentum conferri, adhibito sacro chrismate, etc., dum idem minister formae verba pronuntiat. Ibi igitur non fit mentio de alia materia quam de unctione chrismatis per manum episcopi; nec de alia forma quam de verbis prolatis ab episcopo dum ungit: et sic docet Pontifex extra controversiam esse quod in Ecclesia latina sacramentum Confirmationis confertur. — Si alicui haec declaratio non sufficit, bene sufficit mihi et aliis, qui constanter tenemus Summum Pontificem, ubi loquitur docens Ecclesiam in re ad fidem pertinente, nunquam errare posse.*

^{168.} — Hinc notandum cum Salmant.⁴ et communi doctorum quoad formam, substantiales esse et sacramentum invalidare omnes mutationes sequentes, scilicet: 1º. Si omittatur verbum *Signo* vel *Confirmo*. — 2º. Si omittatur expressio SS. Trinitatis. — 3º. Si omittatur verbum *Te*. — 4º. Si omittantur verba *Signo crucis*, vel *Chrismate salutis*.

v. Atque adeo. — ² De Confirm., cap. 2, i. f. — *Bened. XIV*, encycl. *Ex quo primum*, § 52. — ⁴ Tr. 3, cap. 2, a. n. 33 ad 43.

³ Et idem declaravit S. C. S. O. die 17 Aprilis 1872. Cum enim saepe accidat in chrismati infantum, praesertim in multitudine eorum, ut furtim aliquis immisceatur, qui tamen praesens non fuit in prima manuum extensione episcopi; hinc quaesitum est: An

dicti infantes relinquendi sint confirmati absque prima manuum extensione. Cui quaesito S. C. respondit: « Affirmative. Curandum tamen ut omnes confirmandi adsint etiam primae manuum impositioni ». — Ita habetur in Collectan. S. C. de Prop. Fide, n. 1383.

Mutationes
acciden-
tales.

Forma
Graecorum,
valida.

Dicere autem Corroboro pro *Confirmo*, esset mutatio accidentalis; ut Salmant.¹ cum Soto, Granado et aliis. — Sicut etiam dicere *Sanctificationis* pro *Salutis*; ut S. Thomas², Valentia et Salmant.³ cum aliis communiter.

Quaeritur hic: *an sit valida forma quam adhibent Graeci in hoc sacramento, dicendo: Signaculum doni Spiritus Sancti, significantem, signo illo donari Spiritus Sancti munera?*

Affirmant communiter doctores cum Arcadio; et sic refert Illusung apud Croix⁴ declarasse Urbanum VIII. — Unde improbabiliter Viva⁵ dubitat de validitate sacramenti cum hac forma collati, eo quod in ea deest invocatio SS. Trinitatis; nimis enim durum est dicere quod tota Ecclesia graeca hoc careat sacramento. Praeterquam quod verosimiliter dicunt Tournely⁶, ejus Continuator⁷, et Juenin⁸, quod apud Graecos, non minus quam apud Latinos, bene invocantur in hoc sacramento Personae SS. Trinitatis; cum tali tamen differentia, quod in Ec-

¹ Tr. 3, cap. 2, n. 44. — *Sotus*, in 4, dist. 7, qu. unic., art. 4, v. *Secundum arguitur*. — *Granad.*, in 3 P., controv. 5, de Confirm., tr. 1, disp. 3, n. 3. — ² 3 P., qu. 72, art. 4, ad 2. — *Valent.*, disp. 5, qu. 1, punct. 3, ad 2. — ³ Tr. 3, cap. 2, n. 44. — *Arcud.*, Concordia, lib. 2, de Confirm., cap. 7. — *Ils.*, tr. 6, disp. 1, n. 7. — ⁴ Lib. 6, part. 1, n. 388. — ⁵ De Confirm., qu. 3, art. 1, n. 6. — ⁶ *Sess. 7*, de Sacram. i. g., can. 9. — *Eugen. IV*, decret. ad Armenios, § Quinto, num. 1. — ⁷ Tr. 3, cap. 4, n. 45. — ⁸ Lib. 6, part. 1, n. 402.

^{168.} — Tournely, *Praelect. de Confirm.*, qu. 1, art. 4, id sane insinuat, dum dicit eamdem prouersus esse quoad sensum formam in Ecclesia latina et graeca: et formam utrobiusque constare tum oratione quae praecedit tum verbis quae unctionem comitantur. Et universim docet formam aptissimam esse; « quae aperte explicat causam principalem... nempe SS. Trinitatem ». — Atque haec eadem dicenda essent de Tournelii Continuatore, nisi ipse de *Confirm.*, cap. 4, scripsisset: « Explicitam Trinitatem mentionem non esse necessariam, quia deest haec in Graecorum forma ». — Juenin vero *Instit. de Confirmatione*, qu. 3,

clesia latina SS. Trinitas invocatur post unctionem, in graeca vero invocatur antea in oratione praecedenti.

^{169.} — Tres autem sunt EFFECTUS hujus sacramenti:

¹us. *Character*, ut ex Tridentino⁶ et ex decreto Eugenii IV. — Vide Salmant.⁷ et Croix⁸.

²us. *Gratia*, id est robur speciale ad praelianda paelia Domini. Immo, ex can. *Novissime, de consecrat.*, dist. 5, declaratur^{a)} in Confirmatione conferri gratiae Spiritus Sancti plenitudinem, similem illi quam acceperunt Apostoli in die Pentecostes; ut docet Catechismus Romanus⁹. — Et etiam aliquando per hoc sacramentum prima gratia confertur; ut docent S. Thomas¹⁰; et Salmant.¹¹ cum Suarez, Palao, Laymann, Bonacina, etc. (juxta dicta num. 84).

³us. Effectus est *Cognatio spiritualis*, eodem modo quo dictum est de *Bapt.*, num. 156, in fine. Ita ex cap. *Veniens, de cogn. spir.*^{b)}. — *Viva*¹², Salmant.¹³, Croix¹⁴.

ecclesiasticorum, et § *Secundum sacramentum*, ap. Labbe, tom. 18, col. 546 et seqq. — ⁷ Tr. 3, cap. 3, num. 2. — ⁸ Lib. 6, part. 1, n. 388. — ⁹ *De Confirm.*, n. 22. — ¹⁰ 3 P., qu. 72, art. 7, ad 2. — ¹¹ Loc. cit., n. 4. — *Suar.*, disp. 34, sect. 2, v. *Occurrat vero*. — *Palau*, tr. 20, punct. 6, n. 1. — *Laym.*, lib. 5, tr. 3, cap. 4, num. 2. — *Bonac.*, disp. 3, de Confirm., punct. 4, n. 7. — ¹² *Sess. 7*, de Sacram. i. g., can. 9. — *Eugen. IV*, decret. ad Armenios, § Quinto, num. 1. — ¹³ Tr. 3, cap. 4, n. 45. — ¹⁴ Lib. 6, part. 1, n. 402.

quaer. 3, eamdem Confirmationis formam esse asserit apud Graecos et Latinos, quia « est oratio per quam Confirmationis minister Spiritum Sanctum ad robur invocat. Cfr. quae de Juenin notavimus nota b, ad n. 167.

^{169.} — a) Scilicet, can. *Novissime* 5, de *consecr.*, dist. 5, scribit Spiritum Sanctum in Confirmatione dari cum plenitudine virtutis, scientiae, perfectionis.

b) Seu rectius: Eo modo quo *cap. Veniens* 6, de *cognat. spir.*, cognitionem sancivit pro suscipiente ex sacro fonte; eodem pariter modo eam stabilivit *can.* Nendum, de *cognat. spir.*, in 6^o, pro patrino Confirmationis.

Effectus
Confirmationis.

DUBIUM II.

Quis sit Minister, et quod Subjectum.

170. *An soli episcopi sint ministri Confirmationis.* — 171. *An peccet graviter episcopus praesumere consensum aliorum episcoporum.* — 173. *An autem possit confirmans debeant esse jejuni.* — Qu. 1. *An confirmans et confirmans possit in die feriali, et vespere.* — 175. *Quando teneatur episcopus confirmare.* — 176. *Quinam valide confirmantur.* — 277. *An infantes.* — 178. *An sit licitum pueros confirmare sine causa.* — 179. *Quae dispositio ad Confirmationem.* — 180. *An licite confirmentur amente.*

Minister ordinarius et extraordi-
narius.

170. — « Resp. I^o. Minister ordinarius va-
« lidae Confirmationis est solus et omnis
« episcopus, etiam excommunicatus vel
« haereticus; ex commissione autem vel
« delegatione Pontificis, etiam simplex sa-
« cerdos. Est communis. Vide Fernandez,
« Laymann¹, Bonacina².

Quaeritur: *an Papa possit committe simplici sacerdoti facultatem confir-
mandi?*

Certum est solum episcopum esse mi-
nistrum ordinarium hujus sacramenti; ut
sancivit Innocentius III in *cap. unic. de
sacr. unct.*, § *Per frontis*, ubi dixit: *Cum
caeteras unctiones simplex sacerdos... va-
leat exhibere, hanc (scilicet chrismissionis)
non nisi summus sacerdos, id est episco-
pus, debet conferre.* — Et idem defini-
vit Tridentinum³, ubi: *Si quis dixerit
sanctae Confirmationis ordinarium mini-
strum non esse solum episcopum, sed
quemvis simplicem sacerdotem, anathema
sit.*

Dubium autem fit: *an ex concessione
Pontificis possit simplex sacerdos con-
firmare, tamquam minister extraordi-
narius?*

Negant Viva⁴ ac Salmant.⁵ cum com-
muni, ut asserunt. — Sed vera sententia
affirmat cum S. Thoma⁶, Petrocorensi,

Fernandez de Moure, Exam. theol., part. 3, cap. 3,
§ 3, n. 2 et 3. — ¹ Lib. 5, tr. 3, cap. 6, n. 1. — ² Disp. 3,
de Confirm., qu. unic., punct. 2, num. 3 et 6. — ³ Sess. 7,
de Confirm., can. 3. — ⁴ S. P., qu. 72, art. 11, ad 1. —
Petrocor., de Confirm., cap. 4, qu. 2. — *Concina*, de Com-
firm., cap. 4, num. 10 et 11. — *Tournely*, Praelect. de
Confirm., qu. 3, art. 2, concl. 2. — *Contin. Tourn.*, de

Concina, utroque Tournely; Croix⁷ cum
Palao, Aversa et aliis pluribus. Idque hodie
non amplius dubitandum ex bulla nostri
Summi Pontificis Benedicti XIV, incipiente
Eo quamvis tempore, edita 4 Maii 1745,
ubi⁸ Pontifex indulxit, ut Coptis sacer-
dotes missionarii pro necessitate possint
ministrare Confirmationem; additque hoc
non esse novum, sed usitatum a S. Gre-
gorio Magno et aliis Pontificibus. Refert
que Pater Zaccaria apud Croix⁹, Euge-
nium IV concessisse cuidam religioso
Franciscano missionario facultatem, non
solum confirmandi, sed etiam chrisma con-
ficiendi.

171. — « Unde resolves:

« 1^o. Etsi episcopus graviter peccet, si
« vel in aliena dioecesi, vel sibi non subdi-
« tos confirmet, sine proprii episcopi con-
« sensu, saltem tacito, propter defectum
« jurisdictionis»; [Episcopus confirmans
in aliena dioecesi, etiam subditos suos,
incurrit suspensionem a pontificalibus ipso
jure, ex Tridentino¹⁰, et declaratione S. Con-
gregationis apud Salmant.¹¹] « valida ta-
men est Confirmatio. Quia ista non
« requirit necessitate sacramenti, sed
« praecepi tantum.

« 2^o. Excusat a peccato episcopus, si
« ex alia dioecesi accidentes confirmet;

Confirm., cap. 5, v. f., quaer. 1. — ⁵ Lib. 6, part. 1, n. 386. —
Palau, tr. 20, punct. 9, num. 3. — ⁶ Aversa, qu. 72, sect. 5,
§ Tertio, v. *Et ex his*. — ⁷ Bulla *Eo quamvis tempore*,
§ 8. — ⁸ S. Gregorius Magn., lib. 4, epist. 26, ad Januarium;
ap. Migne, Patrol. lat., tom. 77, col. 696. — ⁹ Lib. 6, part. 1,
n. 378. — ¹⁰ Sess. 6, de reform., cap. 5. — ¹¹ Tr. 3, cap. 4,
num. 26.

170. — « Viva, de Confirm., qu. 3, art. 2,
n. 1; Salmant., tr. 3, cap. 4, n. 7, eamdem
sententiam de hoc tenent ac S. Alphonsus.
Quod vero negant Salmant., loc. cit., n. 18,

cum communi, et Viva, loc. cit., est: Papam
alicui non sacerdoti (aut episcopum simplici
sacerdoti) confirmandi facultatem concedere
posse.

« quia praesumitur tacitus consensus al-
« terius episcopi, cui id gratum esse cen-
« setur: praesertim si consuetudine ita
« receptum sit, vel a proprio aegre con-
« firmari possint. — Ita, contra Bonacina¹,
« docent Tanner², Sà³ et alii ».

172. — Quaeritur: *an episcopus possit
in sua dioecesi alienos confirmare?*

Alienos
confirmare
per se illi-
citum.

Per se loquendo (ut ait Busenbaum)
certum est non posse, idque vetitum illi
esse sub gravi. — Additque Bonacina⁴,
etiam sub suspensiōne; sed ubi habeatur
haec suspensiōne non indicat, nec ego in-
veni: tantum enim adest suspensiōne in epi-
scopum, qui ordinat alienum subditum
(ut dicemus *de Ordine*, n. 760). At dispar
quidem est ratio inter episcopum ordi-
nantem et confirmantem: nam episcopus
ordinans debet probare quos ordinat; sed
confirmans confirmat qui accedunt. —
Deinde certum etiam est et commune
apud DD., quod ubi ex consuetudine id
permittitur, licite fieri potest; ut dicunt
Concina⁵, Holzmann⁶, Roncaglia⁷. Et
hanc esse praxim usu receptam recte
ajunt Palau⁸ et Croix⁹.

173. — Caeterum Bonacina¹⁰ cum An-
gelo¹¹, Ledesma¹², Vivaldo¹³, etc., sentit
probabilius esse quod in hoc non sit praes-
sumenda ratihabitio priorum episco-

¹ Disp. 3, punct. 2, num. 10. — ² Tom. 4, disp. 4, qu. 4,
dub. 3, n. 56. — ³ V. *Confirmatio*, n. 2. — ⁴ Loc. cit. —
⁵ De Confirm., cap. 4, n. 18. — ⁶ De Confirm., n. 209. —
⁷ De Confirm., cap. 2, qu. 1, resp. 1. — ⁸ Tr. 20, punct. 9,
n. 7, i. f. — ⁹ Lib. 6, part. 1, n. 392. — ¹⁰ Tr. 20, punct. 9,
num. 7, v. f. — ¹¹ Lib. 5, tr. 3, cap. 6, n. 2. — ¹² Tr. 3,
cap. 4, num. 25. — *Tanner*, tom. 4, disp. 4, qu. 4, dub. 3,
n. 56. — *Henriq.*, lib. 3, cap. 6, n. 6. — *Barb.*, de Offic. et

Loc. cit., cap. 7, n. 2, v. *Septimo*.

173. — ^a Bonacina, *loc. cit.*, n. 10, refert
aliquos excusantes a peccato et suspensiōne
episcopum sic confirmantem; sed, ait Bonacina,
« contrarium puto probabilius». Et hic
citat Bartholomaeum ab Angelo, *Exam. con-
fessar.*, dialog. 3, § 62; Petrum de Ledesma,
Summ., de Confirm., cap. 9, concl. 6; Vi-
valdum, de Confirm. ministro, n. 8 (al. n. 30),
qui revera asserunt illum peccare. Deinde
ipse Bonacina cum Vivaldo sui asserti ratio-
nem sic reddit: « Quia... non constat de vo-
luntate proprii episcopi ».

^b Concina, de Confirm., cap. 4, n. 18,
« Spectandae circumstantiae sunt, inquit. Ali-
cubi enim usu receptum esse potest ut epi-
scopus confirmet omnes accedentes ex qua-
cumque dioecesi... Alibi prohibitum erit ».

^c Praepositus a Croix citatur profecto ut

porum nisi constet. — Alii vero, ut Con-
cina¹⁴, Palau¹⁵, Laymann¹⁶; Salmant.¹⁷
cum Tanner, Henriquez, Barbosa, Sà, etc.;
ac Croix¹⁸ cum Praeposito¹⁹, Aversa, Bur-
ghaber et Delbene²⁰, communius et pro-
babilius censem episcopis licitum esse

Nisi con-
stet de con-
traria epi-
scopi volun-
tate.

Tanto magis licite poterit episcopus
confirmare ordinandum qui affert dimis-
soriā sui Ordinarii. Quia tunc bene praes-
umitur consensus, etiam de praesenti,
proprii episcopi; ut dicunt Viva¹⁴, Croix¹⁵
cum Dicastillo, Henriquez¹⁶; et Salmant.¹⁶
cum Palao, Laymann, Fagundez, etc.

174. — Quaeritur 1^o. *An cum ministratur
sacramentum Confirmationis, tam
confirmans quam confirmandus debeat
esse jejunas?*

Videtur affirmandum ex can. *Ut je-
junii et can. Ut episcopi, de consecr.*,
dist. 5. Sed communiter DD. dicunt hoc
non esse de praeecepto, sed de consilio; unde
saepe tale sacramentum confertur
post prandium, praecipue cum numerosus
populus est confirmandus. Ita Laymann¹⁷,

non praescribitur ad
Confirmationem.

refert S. Alphonsus; sed non loquitur adeo
absolute; et qu. 72, art. 8, n. 39, quaerens
de casu quo praesumi potest ratihabitio epi-
scopi proprii, scribit: « Est probabile saltem,
quando non ita commode possunt hoc sacra-
mentum a proprio episcopo recipere... Tunc
enim praesumendum eum consentire, ut pos-
sent hoc sacramentum recipere ab alio qui
possit commode conferre ».

^d Delbene, de *Immunit. eccles.*, cap. 11,
dub. 1, sect. 2, n. 20, assertum hoc proba-
bile existimat, licet ipse, *num. praeced.*, ne-
gaverit episcopum posse Confirmationem alie-
nis ministrare.

^e Henriquez, non a Croix solum, sed etiam
a Palau et Laymann, pro hac opinione allega-
tur; attamen locis ab illis auctoribus citatis,
silet de praesenti casu.

Palaus¹, Coninck²; Bonacina³ cum multis; Granado⁴, Salmant.⁵; et Escobar⁶ cum Ledesma, Hurtado, etc. — Vel, ut ait Suarez⁷, dici potest quod lex de conferendo hoc sacramento ante prandium non est usu recepta: *consuetudo enim fere jam obtinuit, ut tale sacramentum post prandium conferatur.*

Quaeritur 2º. *An Confirmatio debeat omnino conferri in ecclesia, et an die festivo?*

Putat Nuñez⁸ esse mortale confirmare extra ecclesiam, sicut est mortale extra ecclesiam solemniter baptizare; cum sit (ut ait) contra usum Ecclesiae. — Nihilominus probabiliter docent Suarez⁹, Bonacina¹⁰, Palaus¹¹, Barbosa¹²; Escobar¹³ cum Hurtado; Diana¹⁴; et Salmant.¹⁵ cum Henriquez et Sà, posse absque peccato gravi ministrari Confirmationem in aliquo loco decenti, etiam extra ecclesiam. Nec obstat consuetudo in contrarium; nam respondent Bonacina et Barbosa¹⁶ non esse credendum talem consuetudinem confirmandi in ecclesia obligare sub gravi. — Unde videtur obligare saltem sub levi, nisi aliqua rationabilis causa excusat, quidquid dicant Palaus et Escobar¹⁷.

Quidquid autem sit de antiqua consuetudine circa tempus ministrandi hoc sa-

cramentum, dicunt Granado et Barbosa¹⁸ ac Salmant.¹⁹ jam usum obtinuisse quod Confirmatio conferri possit quocumque die, festivo aut feriali; et quocumque tempore, matutino aut vespertino. — Additum que Coninck id esse verum etiam in locis generali interdicto subjectis, ex cap. *Responso, de sent. excom.*

175. — « 3º. Peccat graviter episcopus si « longo tempore non confirmet; quia subdi- « tos ingenti bono privat ». — Hoc certum est apud omnes. Vide Holzmann²⁰, Croix²¹, Concina²², Palaum²³.

Episcopus
diu non con-
firmans le-
taliiter
peccat.

Episcopus tenetur autem suis expensis circumire ad confirmandum; ut Palaus et Croix: qui tamen excipit cum Gobat, nisi sit rationabilis consuetudo expensas exigendi. — Hinc dicit Croix²⁴ cum Dicastillo^{a)} peccare graviter episcopum, qui per octo vel decem annos differret circumire; saltem per loca praecipua, ut Palaus et Salmant.²⁵ nisi excusat moralis impossibilitas. Si autem adsit justa causa, non peccat qui differt per tres aut plures annos. Croix²⁶ cum Gobat, etc.

An peccet *graviter episcopus, non con-*
firmans moribundum petentem? — Affir-

Non con-
firmare mori-
bundum
petentem,
nullum pec-
catum.

mant Bonacina^{b)}, Quintanadvenas, etc.

— Sed probabiliter Croix²⁷ cum Esco-

bar^{c)}, Lugo^{c)}, dicunt nequaquam peccare;

Nisi adsit
rationabilis
causa.

Confirmatio, sub levi
conferenda
in ecclesia.

Potest con-
ferri quavis
die et hora.

¹ Tr. 20, punct. 10, n. 4. — ² Qu. 72, art. 12, n. 114. — ³ Disp. 3, punct. 2, n. 13. — ⁴ In 3 Part., controv. 5, de Confirm., tr. 4, disp. 2, n. 3. — ⁵ Tr. 3, cap. 4, n. 38. — ⁶ Lib. 12, n. 175. — *Petr. de Ledesm.*, Sum., de Confirm., cap. 10, concl. 3. — *Gasp. Hurtad.*, de Confirm., diff. 14 (ult.), i. f. — ⁷ Disp. 37, sect. 2, v. *Quarto*. — ⁸ In 3 Part., qu. 72, art. 12, v. *Secundus ritus*. — ⁹ Loc. cit., v. *Secundo*. — ¹⁰ Disp. 3, punct. 2, num. 14. — ¹¹ Tract. 20, punct. 10, num. 6. — ¹² De Offic. et Potest. episc., alleg. 30, n. 18. — ¹³ Lib. 12, num. 178. — *Gasp. Hurtad.*, loc. cit. — ¹⁴ Part. 2, tr. 17, resol. 17, i. f. — ¹⁵ Tr. 3, cap. 4, n. 32. — *Henriq.*, lib. 3, cap. 6, num. 7, i. f. - *Sà*, v. *Confirmatio*, num. 1. —

174. — a) Escobar, etsi non expresse negat esse veniale, attamen satis perspicue id innuit, cum loc. cit., dicit posse in loco decenti conferri hoc sacramentum, « praecipue postquam id usus obtinuit ».

175. — a) Dicastillus a Croix affert pro ratione dumtaxat suae propositionis; et revera de temporis determinatione, tr. 3, de Confirm., disp. unic., dub. 11, n. 140, non aliud habet nisi: « Si longo tempore sacramentum Confirmationis per se vel suffraganeum suum ministrare intermitteret, mortaliter peccaret »; vel, ut dicit num. 142, si « notabiliter negligens sit ».

b) Haec Bonacinae allegatio sumpta videatur ex Croix, sed falsa est; Bonacina enim, loc. cit., n. 2, dumtaxat dicit episcopum peccare mortaliter, si in ministranda Confirmatione notabiliter negligens sit.

c) Croix adducit Escobar et Franciscum de Lugo, tamquam negantes esse mortale; et ita sane docent Escobar, lib. 12, n. 208; Lugo, de Sacram., lib. 3, cap. 3, n. 31. Et ipse Croix addit: immo nullum peccatum esse. Et id ipsum etiam innuntiunt auctores citati, dum scribit Franciscus de Lugo (cui Escobar consentit): « Potius ad opus supererogationis quam obligationis pertinet, quod episcopus

quia excusat incommoditas et communis praxis; et adhaerent Salmant.¹

176. — « Resp. IIº. Valide confirmantur « omnes et soli baptizati nondum confir- « mati. Ratio est: tum ex illo Act. ii: « Replevit totam domum; tum ex usu et « traditione Ecclesiae; tum quia omnes « indigent ejus effectu, et sunt capaces. « *Licite* vero confirmantur iidem qui va- « lide: dummodo constet non ponere obi- « cem, sive sacramento, sive ejus effectui. « Ratio patet ex dictis ».

177. — « Unde resolves:

« 1º. Etiam infantes et rationis im- « pones valide hoc sacramentum suscipiunt.

« 2º. Etsi, quoad infantes, consultius sit « differre usque ad rationis usum, tum « ob irreverentiam sacramenti, tum ob « periculum iterationis, tum ob Ecclesiae « usum: nihilominus, ob rationabilem cau- « sam, etiam ante iis licite datur, v. gr. si « timeatur diurna absentia episcopi; vel « hic ad ista loca raro veniat; item, si in- « fans sit in periculo mortis (in quo quidam « dicunt debere dari); denique si sit filius « principis a). — Laymann², Filiucci³.

Sicque sancitum fuit in concilio V Mediolanensi (ut refert Pater Zaccaria apud Croix⁴), nempe quod non solum ob periculum mortis, sed etiam ob alias causas possent chrismari pueri.

178. — Certum est apud omnes, licite confirmari infantes, si justae accedant cau- « sae, nempe periculum mortis, absentia episcopi, etc.; ut communiter admittunt cum Busenbaum, Salmant.⁵ cum Suarez, Palao, Coninck, etc.: ex D. Thoma^{a)}, ubi ait pueris morituris dandum esse hoc sacra- « mentum, ut majorem gloriam conse- «

¹ Tr. 3, cap. 3, n. 25. — ² Lib. 5, tr. 3, cap. 5, n. 2. —

³ Tr. 3, cap. 2, a. n. 35. — *Concil. Mediolan.* V, Constitut., part. 1, cap. 8, v. *Altio decreto*. — ⁴ Lib. 6, part. 1, n. 390.

— ⁵ Tr. 3, cap. 3, n. 16 et 17. — *Suar.*, disp. 35, sect. 2, v. *Utraque*. — *Palaus*, tr. 20, punct. 7, n. 5. — *Coninck*, qu. 72, art. 8, n. 81. — *Loc. cit.*, num. 18. — *Sotus*, in 4, dist. 7, art. 8, v. *Secunda propositio*. — ⁶ Lib. 5, tr. 3,

quantur. — Item licite confirmantur pueri, ubi talis viget usus; ut dicunt Salmant.⁶ cum Soto; et Laymann⁷ cum Vivaldo, qui testatur in Hispania confirmari infantes duorum vel trium annorum. — Praecisis autem his vel similibus causis, commune est apud omnes expedire, ut exspectetur in confirmandis usus rationis; prout di-

Seclusa
causa, ex-
pedire ut ex-
spectetur
usus ratio-
nis.

nus. — Item licite confirmantur pueri, ubi talis viget usus; ut dicunt Salmant.⁶ cum Soto; et Laymann⁷ cum Vivaldo, qui testatur in Hispania confirmari infantes duorum vel trium annorum. — Praecisis autem his vel similibus causis, commune est apud omnes expedire, ut exspectetur in confirmandis usus rationis; prout di-

cit in Catechismo Romano⁸, ubi: *Omni- bus quidem post Baptismum Confirmatio- nis sacramentum posse administrari, sed minus tamen expedire hoc fieri, antequam pueri rationis usum habuerint. Quare si duodecimus annus exspectandus non vi- deatur, usque ad septimum certe hoc sa- cramentum differre maxime convenit.*

Utrum autem sit licitum infantes ante

usum rationis confirmare?

Dicunt plures auctores, nempe Bonacina⁹, Escobar¹⁰, Holzmann¹¹; Salmant.¹¹ cum Granado, nullam agnoscere culpam in episcopo qui infantes confirmaret: quia haec erat antiqua consuetudo, et talis est hodie in Ecclesia graeca; testaturque Vi- valdus, in Hispaniis infantes communiter confirmari in aetate duorum vel trium annorum: tanto magis, ut ajunt, quia nulli facta videtur de hoc prohibitio. — Sed id hodie amplius dici nequit; dum Pontifex Benedictus XIV, in constitutione 129

Qui etiam
omnino
praecep-
tur.

Eo quamvis, § 6, edita anno 1745, declaravit, in praesentiarum non licere aliquem confirmari infantes, si justae accedant cau- « sae, nempe periculum mortis, absentia episcopi, etc.; ut communiter admittunt cum Busenbaum, Salmant.⁵ cum Suarez, Palao, Coninck, etc.: ex D. Thoma^{a)}, ubi ait pueris morituris dandum esse hoc sacra- « mentum, ut majorem gloriam conse-

¹⁰ edit. 1605. — ¹¹ De Confirm., num. 18. — ¹² De Confirm., punct. 4, n. 5. — ¹³ De Confirm., n. 217, v. *Dicitur 3*.

— ¹⁴ Tr. 3, cap. 3, num. 22. — *Jacob. de Granado*, in 3 Part., controv. 5, de Confirm., tr. 2, disp. 2, num. 4 et seqq. — *Vivald.*, *Candelab.*, de Confirm., § de Suscipiente, n. 10, (edit. 1605).

interdum uni vel alteri moribundo ministret Confirmationem ».

177. — a) Laymann non loquitur de filio principis, nec de obligatione infantes moribundos confirmandi. — Filiucci pariter silet de filiis principum.

178. — a) Ex D. Thoma, qui, qu. 72, art. 8, ad 4, morituris in universum dandum esse

ait hoc sacramentum, ut majorem gloriam consequantur. Ibidem tamen, *in corp. et resp. ad 2*, S. Doctor ait etiam conferri posse pueris.

b) Escobar, lib. 12, n. 196: « Affirmo hodie, inquit, infantes Confirmationis sacramentum regulariter ante rationis usum... haud expediare ». Et consulto scribit *hodie*, ut innuat (ita Escobar) olim fuisse conveniens.

tum inter se differre Baptismum et Confirmationem, quantum in naturali vita distat generatio ab incremento.

De caetero, idem Benedictus, post plures annos ab hac constitutione emanata, in suo celebri Opere de Synodo scribit¹ quod, licet Catechismus asserat non expedire ut Confirmatio ministretur pueris ante septennium, attamen non prohibet ne ipsis ullo casu conferatur. — Additque quod, hoc animadverso a Silvio, Suarez, Silvestro, Roncaglia, Juenin, card. Gotti et aliis, affirmant ipsi, adhuc juxta praesentem disciplinam licite posse conferri Confirmationem pueris etiam ante septennium, aliqua causa urgente, nempe si episcopus deberet per longum tempus a sua dioecesi abesse, aut si puer esset in periculo mortis, aut ob aliam similem causam^c.

Loquens autem de amentibus, ait Benedictus^d, omnino ipsis ministrandam esse confirmationem.

Dubitans an sit confirmatus, potest sub

¹ Lib. 7, cap. 10, num. 5. — *Silvius*, in 8 Part., qu. 72, artic. 8. — *Suar.*, disp. 35, sect. 2, v. *Utraque*. — *Silvest. Maurus*, lib. 11, qu. 119, num. 4. — *Roncagl.*, de Sacram. Confir., cap. 2, qu. 2, resp. 1. — *Juenin*, Comment. de Sacram., dissert. 3, qu. 8, cap. 1, qu. 1, i. f. — *Gotti*, Theol. de Confir., qu. 3, dub. 1, n. 6. — ^e Lib. 6, part. 1, n. 393. — *Nunes*, in 8 Part., qu. 72, art. 5, concl. 3, i. f. — *Gobat*, tr. 2, num. 763. — ^f De Confir., qu. 3, art. ult., n. 1. — ^g Tr. 3, cap. 3, n. 27 et 28. — *Suar.*, disp. 34, sect. 2, v. *Sed*

conditione confirmari; sed requiritur magis dubium, quam pro Baptismo. — Croix² cum Nuñez, Gobat, etc.

179. — Confirmandus autem existens in mortali debet se disponere ad sacramentum, vel contritione, vel attritione una cum confessione: secus tamen, si abesset conscientia culpae gravis^a; ut Viva³, Salmant.⁴ cum Suarez, Palao et communi. — Confessio enim videtur esse de consilio, non de praecepto; ut communiter dicunt DD. apud Viva⁵, et clare colligitur ex can. *Ut jejuni, dist. 5, de consecr.*, ubi dicitur: *Ut moneantur confessionem facere prius*.

180. — « 3°. Etiam perpetuo amentes « (praesertim si aliquando usum rationis « habuerint) licite confirmantur^a; etsi per « accidens nunquam sint spiritualiter pu- « gnaturi. Ita Suarez, Fillucci, Lay- « mann⁶, Coninck⁷. — Est commune cum Palao, Coninck, Bonacina, Barbosa et Salmant.⁸ contra Sotum, Valentia, etc.

^a *quaeret*. — *Palau*, tr. 20, punct. 6, num. 1. — ^b Loc. cit., n. 1, v. f. — *Suar.*, disp. 35, sect. 2, v. *Dicendum*. — *Fill.*, tr. 3, cap. 5, n. 101, v. f.; et cap. 2, n. 88. — ^c Lib. 5, tr. 3, cap. 5, n. 3. — ^d Qu. 72, art. 8, n. 88. — *Palau*, loc. cit., punct. 7, num. 8. — *Coninck*, loc. cit. — *Bonac.*, disp. 3, punct. 4, n. 6. — *Barb.*, de Offic. et Potest. episc., alleg. 30, num. 21. — ^e Loc. cit., num. 28. — *Sotus*, in 4, dist. 7, art. 8, v. *Enascitur*. — *Valent.*, in 8 Part., disp. 5, qu. 2, punct. 2, i. f.

^a De eo qui non est conscientius culpae gravis, non loquuntur nec Viva nec Palau, in reliquis vero concordant.

^b Quin etiam confirmandi sunt, juxta Fill., Suar., Con., Pal. et Salmant.

Dubius de Confirmatione, potest sub conditione confirmari.

Existens in mortali debet conteri vel confiteri.

Alias confessio est de consilio.

Perpetuo amentes possunt confirmari.

Necessitas Confirmationis.

DUBIUM III.

Quae Confirmationis Necessitas, et Caeremoniae.

181. *An adsit per se gravis obligatio suscipiendi Confirmationem.* — 182. *An autem per accidens, nempe ratione vitandi, 1°. periculi. 2°. scandali. 3°. contemptus. Et quando contemptus intervenit.* — 183. *An sit gravis obligatio suscipiendi Confirmationem ante suspicionem primae tonsurae.* — 184. *Quae caeremoniae sint servandae in Confirmatione. Et quid notandum:* 1°. *Quoad vestes episcopi.* 2°. *Quoad caeremonias alapae et cerei.* 3°. *Quoad locum chrismanshipis. Et an confirmandi accedere debeant jejuni.* — 185. *Requiritur etiam 1°. Patrinus.* 2°. *Ut hic sit unus.* 3°. *Ut sit confirmatus.* — 186. *Dub. 1. An pecet graviter qui tenet non confirmatus.* 2. *An patrinus non confirmatus contrahat cognationem.* — 187. *Requiritur etiam 4°. Ut patrinus sit diversus a patrino Baptismi.* *An monachi possint esse patrini Confirmationis.* — 188. *An sit obliganda fascia frons confirmandi.* — *Et an sit necessaria ultima benedictio episcopi.*

181. — « Resp. 1°. Non est necessaria ad « salutem necessitate medii, neque per se « praecepti. — Est communis S. Thomae « et aliorum, contra Scotum et Silvestrum. « Ratio: tum quia Ecclesia non urget ejus « suspicionem ullis poenis; tum quia nec « ex Scriptura, nec traditione, neque fine « aut institutione sacramenti, tale praec- « ceptum colligitur. Et canones qui in con- « trarium afferuntur satis explicantur de « necessitate ad melius esse.

« Dixi: *per se*. Quia per accidens ali- « quando potest esse necessaria ad salu- « tem, ex praecepto caritatis sui vel pro- « ximi; vel alio, v. gr. ad cavendum scan- « dalum; vel ratione conscientiae, qua « quis valde metuit ne in tormentis defi- « ciat sine hoc sacramento.

« Unde resolves:

« 1°. Negligere hoc sacramentum, se- « cluso scandalo et contemptu, non est

^a S. Thom., 3 P., qu. 72, art. 1, ad 3. — *Scotus*, in 4, dist. 7, qu. 2. — *Silvest.*, v. *Confirmatio*, n. 3. — *Suar.*, disp. 38, sect. 1, v. *Quocirca*. — ^b Lib. 5, tract. 8, cap. 5, num. 4. — ^c Disp. 3, punct. 2, n. 2. — ^d V. *Confirmatio*, num. 3. — ^e Lib. 2, cap. 24, num. 2. — *Merbes*, Sum., part. 3, de Confir., qu. 16, concl. — ^f De Confir.,

« mortale. — *Suarez*, Laymann¹, Bonacina²: ubi ex aliis multis docent nullum « esse praeceptum illud suscipiendi.

« 2°. Etsi omissione ex contemptu (v. gr. « si quis id nihil faciat, aut puerile, aut « vile habeat) sit mortal; talis tamen « non censetur esse, cum quis ejus obla- « tam occasionem, quam postea non fa- « cile habiturus est, negligit. — Ita com- « muniter, contra Silvestrum³ et Tole- « tum⁴.

Magna est haec Quaestio inter doctores: *An adsit gravis obligatio suscipiendi hoc sacramentum Confirmationis?*

Prima sententia affirmat: quam tenent Merbesius, Contin. Tournely⁵, Concina⁶, Habert⁷ cum Angelo^a et Hugone a S. Victore^b; item S. Bonaventura^b, S. Antoninus, Alensis, Silvester et Paludanus, apud Palaum⁸. — Dicunt praefati auctores obligationem hanc oriri tam ex praecepto

Juxta alios
Confirmationis
sub gravi
suscipienda.

cap. 8, concl. 2. — ^f De Confir., cap. 6, a num. 6. — ^g De Confir., cap. 9, resp. 4. — S. Anton., part. 3, tit. 14, cap. 14, § 5. — ^h Alensis, part. 4, qu. 9, membr. 3, artic. 1, § 2. — ⁱ Silvest., loc. cit. — ^j Palud., in 4, dist. 7, qu. 1, artic. 1, concl. 2. (num. 8 et 9). — ^k Tract. 20, punct. 8, num. 3.

181. — ^a Angelus non satis accurate allegatur ab Habert; haec enim, v. *Confir.* sacramentum, n. 1, scribit: « Necessarium est, ita quod contempnens ipsum suscipere mortali peccaret et damnaretur ». — Hugo a S. Victore autem, *de Sacram.*, lib. 2, part. 7, cap. 3: « Quid autem prodest, inquit, si a lapsu erigeris, nisi etiam ad standum confimeris? Propterea, timendum est iis qui per negligentiam amittunt episcopi praesentiam, et non suscipiunt manus impositionem, ne forte propterea dammentur, quia festinare de- buerunt dum potuerunt ». Migne, *Patrol. lat.*, tom. 176, col. 461.

^b S. Bonaventura, in 4, dist. 7, art. 3, qu. 2, concl., ait necessariam esse Confirmationem, « ex conditione, scilicet pugnanti et vincere volenti ». Deinde addit: « Ex institutione ergo Ecclesiae est quod nullus ab hoc sacramento excipitur ». Denique his verbis concludit: « Est igitur necessaria gratia Confirmationis, non sine qua simpliciter non sit salus, sed sine qua vel per sacramentum vel alias accepta pugnando non pervenitur ad salutem ».